Oluimus de diis ipſis q̃ colunt. nũc de ſacris ac miſteriis eorũ pauca dicenda ſunt. Apud Cypros aũt humanã hoſtiam Ioui Theucrus imolauit. Idq̃ ſacrificiũ poſteris tradidit: qd eſt nuper Adriano imperante ſublatũ. Erat lex apud Thauros inhumanã & ferã gentem ubi Dianę hoſpites imolarẽt: et id ſacrificium multis tẽporibus celebratũ eſt. Galli Eſum atq̃ Theutantẽ humano cruore placabãt. Nec latini q̃dem huius imãitatis expertes fuerũt. Siq̃dem latialis Iupiter & nũc ſanguine colitur humano. Quid ab his boni p̃cantur qui ſic ſacrificant? Aut qd tales dii hominibus preſtare poſſunt quorũ penis, ppitiant: ſed de barbaris nõ ẽ adeo mirandũ quorũ religio cũ moribus congruit. Noſtri uero qui ſemp manſuetudinis et humanitatis gloriã ſibi uendicauerũt: nõne ſacrilegis his ſacris imaniores reputant. Hi ei potius ſcelerati ſunt habẽdi: qui cũ ſint liberaliũ diſciplinarũ ſtudiis expoliti ab humãitate diſciſcũt: quam qui rudes & iperiti ad mala facinora bonorũ ignoratione labunt. Apparet tñ antiquũ eſſe hunc imolãdorũ hoim ritũ. Si q̃dem Saturnũ in latio eodem genere ſacrificii cultus eſt. non q̃dem ut homo ad aram imolarẽt: ſed uti in Tiberim de ponte miluio mitteretur. qd ex reſponſo q̃dem factitatũ Varro auctor eſt. Cuius reſpõſi ultimus uerſus e talis. και κεφαλας κρομυωδη και τω πατρι πε μπεται φωτα. idest hoiem. Quod quia uidere ambiguũ: et fas illi & homo iaci ſolet. Verũ id genus ſacrificii ab Hercule cũ ex Hiſpaia redire diciẽ eſſe ſublatũ ritu tñ pmanente ut pro ueris hõibus imagines iacerent ex ſcirpo: ut Ouidius i faſtis docet: Donec inde ueit thirintius arua quotannis. Triſtitia leuchadio ſacra pata modo. Illũ ſaturnineos i aquã miſiſſe quirites. Herculis exemplo corpora falſa iace. Hęc ſacra ueſtales uirgines faciũt ut ait idem. Tu quoq̃ p̃ſcorũ uirgo ſimulacra uirorũ. Mittere robo ſtirpea ponte ſoles. Nam de infantibus q̃ eidem Saturno imolabant, ppter odiũ Iouis: qd dicam? Non iuenio tam barbaros tam imanes fuiſſe hoies ut parricidiũ ſuum. idest. tetrũ atq̃ execrabile humano genere facinus ſacrificium uocarẽt cũ teneras atq̃ innocẽtes aias quę maxie eſt ętas parẽtibus dulcior ſine ullo reſpectu pietatis extinguerẽt: imanitatẽq̃ oim beſtiarum quę tñ foetus ſuos amãt feritate ſuparent. O dementiam inſanabilem: quid illis iſti dii amplius facere poſſent ſi eſſent iratiſſimi q̃ faciũt, ppicii. Cũ ſuos cultores parricidiis inquinant: orbitatibus mactãt: humãis ſenſibus ſpoliãt. Quid põt eſſe his hõibus? Aut in, pfanis locis facient qui inter aras deorũ

summa scelera cõmittunt. Postremius festus ín libris historiarũ per satyrã
refert Cartaginenses Saturno humanas hostias solitos ímolare: et cũ uicti
eẽnt ab Agathocle rege Siculoꝝ iratũ sibi deũ putauisse. itaq; ut diligẽtius
piaculum soluerent ducentos nobilium filios ímolasse tantũ religio potuit
suadere maloꝝ quę peperit sepe scelerosa atq; impia facta. Cur ergo demẽ-
tissimi hoïes illi sacrificio consulebant: cũ tantã ꝑtem ciuitatis occiderent: q̃tã
fortasse ne Agatocles quidem uictor occiderat. Ab isto genere sacroꝝ non
minoris ínsamię iudicanda sunt publica illa sacra: quoꝝ altera sunt matris
ín q̃bus hoïes suis ipi uiribus litant. Amputato eni sexu non uiros se feïas
faciunt. Alia uirtutis: quã eandem bellonã uocant: ín q̃bus ipi sacerdotes
non alieno sed suo cruore sacrificant. Sectis namq; humeris et utraq; manu
districtos gladios exerentes currunt: efferuntur: ínsaniunt. Optime igitur
Quinctilianus ín phanatico istud inquit. Si deus cogit iratus est. Etiã ne hęc
secra sunt. Nõne satius est pecudũ mõ uiuere: q̃ deos tã impios: tã ꝓfanos:
tam sanguinarios colere. Sed unde isti errores: et hęc tãta flagitia mana-
uerunt: suo loco disseremus. Interim uideamus cętera quę carent scelere ne
studio ínsectandi uideamur eligere potiora. Isidis egiptia sacra sunt: quãts
filiũ puulũ uel ꝑdiderit uel iuenerit. Nã ꝑmo sacerdotes eius dolgabrato
corpe sua pectora tundunt: lamẽtantur sicut ipa cũ perdidit fecerat. Deinde
puer ꝓducitur q̃i inuẽtus et ín letitiam luctus ille mutatur: Ideo Lucanus.
Nunq̃q; satis quesitus osiris: semp ei ꝑdunt: semper & iuenitur. Refertur
ergo ín sacris imago rei quę uera gesta est: quę ꝓfecto si quid sapimus de-
clarat mortalem mulierem fuisse ac pene orbam nisi unicũ reppisset: q̃d illũ
ipm poetã minime fugit apud quẽ Pompeius adolescẽs morte pris audita
hęc loqtur. Euoluã busto iã numen gentibus Isim: Et tectũ ligno spargam
per uulgus osirim. Hic ẽ Osiris quẽ serapem & serapidem uulgus appellat:
Solent ei mortuis consecratis noia imutari: credo ne quis putet eos hoïes
fuisse. Nam & Romulus post mortẽ Quirinus dictus est. Et Lena Nemesis.
et Cerce Marica. Et Ino postq̃ se ꝑcipitauit Leuchotea materq; Matuta. &
Melicertes filius eius Palemon atq; Portunus. Sacra uero Cereris Heleu-
sinę nõ sunt his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu mris inquirit:
ita hic ad incestũ patrui mrimoniũ rapta proserpina: quã quia facibus ex
ethne uertice accẽsis quesisse ín Sicilia Ceres dr: idcirco sacra eius ardẽciũ
thedarũ iactatione celebrãtur. Apud Lapsa cũ Priapo letabilis uictima est
asellus. Cuius sacificii rõ ín fastis hęc reddtur. Cum dii oẽs ad festũ matris
magne cõuenissẽt: epulisq; saciati noctẽ lusibus ducerẽt qeuisse humi uestã

ſomnūq; coepiſſe: ita Priapū ſomno eius ac pudicitię inſolidatū: ſed illā in tempeſtiuo clamore aſelli quo Sillenus uehebatur excitatam. libidinē uero inſidiatoris eſſe deceptam. Hac de cā lapſacenos aſellū Priapo q̄i in ultionē mactare conſueuiſſe. Apud Romanos uero eūdem ueſtalibus ſacris in honorē pudicitię cōſeruate pābus coronari. Quid turpius? qd flagitioſius? q̄ ſi Veſta beneficio aſini uirgo eſt? At poeta fabulam finxit. Nū ergo illud eſt uerius? quid referūt hi qui Phenomena ſcripſerunt: cū de duabus cancri ſtellis loquunt̄ quas greci uocant aſellos fuiſſe qui liberū pr̄em tranſuexerint: cū amnem tranſire non poſſet: quoq; alteri hoc p̄miū dederit ut humana uoce loquerē̄. Itaq; inter eū Priapūq; ortū eſſe certamē: de obſceni magnitudine: papum uictum & iratū interemiſſe uictorem. Hoc uero multo magis ineptum eſt: ſed poetis licet quicquid uelint. Non excutio tam deforme miſterīū: nec Priapū denudo: ne q̄d appareat riſu dignū. Finxerīt hęc ſane poetę: ſed neceſſe eſt alicuius maioris turpitudinis tegendę gratia ficta ſint. Quę ſint ergo queramus. At et pfecto mānifeſta ē. Nam ſicut lunę: taurus mactat̄: qa ſilr habet cornua & placat equo perſis radiis hipiona cinctū: ne detur celeri uictima tarda deo. Ita ī hoc quia magnitudo mēbri uirilis enormis ē: nō potuit ei monſtro aptior uictima reppiri: q̄ quę ipm cui mactat̄ poſſent imitari: Apud Lindū qd eſt oppidum Rhodi: Herculis ſacra ſunt: quoq; a ceteris longe diuerſus eſt ritus. Siqdem nō Epheimia ut greci appellant ſed maledictis & execratione celebrātur. Eaq; pro uiolatis habent: ſi qñ inter ſolemnes ritus uel ī pudenti alicui exciderit bonū uerbū. Cuius rei hęc rō reddit̄: ſi tñ ulla eſſe in rebus uaniſſimis pōt. Hercules cū eo delatus eſſet famēq; paterē: aratorē quēdam aſpexit operātem: ab eoq; petere cepit ut ſibi unum bouē uenderet. Eniuero ille negauit fieri poſſe: q̄a ſpes ſua omnis colendę terrę duobus illis iuuencis niterentur. Hercules ſolita uiolentia uerus q̄a unū accipe nō potuit: utrūq; ſubſtulit. At ille infelix cū boues ſuos mactari uideret: iniuriam ſuā maledictis ultus eſt. qd hōi elegāti et urbano grauiſſimum fuit. Nam dum comitibus ſuis epulas apparat dūq; alienos boues deuorat illum ſibi amariſſime cōuiciantē cū riſu et cachinis audiebat. Sed poſtq̄ Herculi diuinos honores ob admirationē uirtutis deferri placuit a ciuibus: ei ara poſita eſt: quā de facto idest. bonis iugū noiauit: ad quā duo uicti boues immolarētur: ſicut illi quos abſtulerat aratori: eūq; ipm ſibi conſtituit ſacerdotem ac precepit hiſdem maledictis ſemp in celebrandis ſacrificiis uterē q̄ negaret ſe nunq̄ epulatū iocūdius. Hęc iā non ſacra ſunt ſed ſacrilegia ī q̄bus id factum dicit̄ qd in aliis ſi fiat

seuerissime iudicatur. Ipsius autē cretici Iouis sacra quid aliud qd̄ quomō
sit aut subtractus pri aut nutritus oñdunt. Capella enim amalthea nimphē
que uberibus suis aluit infantem de qua germanicus Cesar in aratheo car-
mine sic ait. Illa putatur nutrix esse Iouis si uere Iupiter ifans ubera cretea
mulsit fidissima caprē: fideresque claro gratū testatur alūnū. Huius capellē
coreo usum esse pro scuto Iouem contra titanas dimicātem. Museus autor
est Vnde a poetis egiothus noiatur. Ita quicquid est gestum in abscondēdo
puero id ipm per imaginē geritur in sacris qd̄. Ouidius exponit in fastis.
Ardua iam dudū resonāt tinnitibus idē: tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pars clipeos subidus: galeas pars tūdit manes. Hoc curetes hnt: hoc cori-
bantes opus. Res latuit pstiq; manēt imitantia facti. Era deq comites rau-
caq; terga mouēt. Cimbala ꝓ galeis ꝓ scutis timpana pulsant. Tibia dat
phrigios: ut dedit ante modos. Hanc totam opinionē quasi a poetis fictam
salustius respuit: uoluitq; ingeniose interpretari. Cur altores Iouis dicantur
curetes fuisse sic ait: qa pncipes diuini intelligēdi fuerūt uetustate ut cetera
int maius cōponentem altores Iouis celebrauisse. Quantum errauerit homo
eruditus iā res ipa declarat. Si ei pnceps est Iupiter: et deoꝝ & religionū:
si ante illum nulli dii colebātur uulgo: qa nōdum nati fuerāt qui coluntur
apparet Curetes ex diuerso pncipes fuisse diuini non intelligendi per quos
error oīs inductus est: et dei ueri memoria sublata. Ex ipis itaq; misteriis et
cerimoniis intelligere debuerūt hōibus se mortuis supplicare. Non igitur
exigo ut aliquis poetarū fictiombus credat: qui hos mētiri putat pontificū
ipoꝝ scpta consideret: et quicqd est lrarum ad sacra pertinentium reuoluat
plura fortasse q̄ nos afferimus: inuenies in quibus intelligat mania inepta
comentia esse oia quē pro sanctis habētur. Si quis autem pcepta sapientia
deposuerit errorem: ꝓfecto ridebit ieptias hoim pene dementiū: illos dico
qui i honesto saltatu tripudiant: uel qui nudi uncti coronati aut personati
aut luto olliti currūt. Quid de scutis iā uetustate putridis dicam. quē cum
portāt deos ipos se gestare humeris suis arbitrātur. Nam Furius uiuacu-
lus inter pcipua pietatis exēpla numerat: Qui cū pretor eēt: cū lictoribus
preeuntibus ancille portauit: cū haberet magratus officio uocationē. Non
ergo ille Furius sed plane furiosus fuit: q̄ preturā hoc ministerio se putauit
ornare. Merito igit cū hec a uiris non iperitis ac rudibus fiant: Lucretius
exclamat. O stultas hoim mentes: o pectora ceca: qualibet in tenebris uitē
q̄tisq; piculis degit: hoc eui qdcūq; est. Quis hec ludibria non derideat qui
habeat aliquid sanitatis. cū uideat hoies uelut mēte captos ea serio facere

quę si quis faciat in lusu timis lasciuus et ineptus esse uideatur. Huius autor

Ca xxcii

HArū uanitatū pdidaq; uanitatū in italia apud romanos
apud Romanos autor et constitutor Sabinus ille rex qui maxime
aios hoim rudes atq; iperitos nouis superstitiōibus iplicauit qd ut faceret
aliqua cū auctoritate: simulauit cū dea Egeria nocturnos se hre cōgressus.
Erat quedam spelunca popaca in nemore Ericino: unde riuus penni fonte
manabat. Huc remotis arbitris se iferre consueuerat: ut mentiri posset mo-
mitu deę cōiugis ea sacra populo se tradere quę acceptissima diis eēnt uide-
licet astutiam Minois uoluit imitari qui se i antrū Iouis recondebat: et ibi
diu moratus: leges tanq; sibi a Ioue traditas afferebat ut hoies ad parēdū
non modo imperio: sed etiam religione constringeret. Nec difficile sane fuit
psuadere pastoribus. Itaq; pontifices flamies: salios: angeres creauit deos
per familias descripsit: sic noui populi feroces aios mitigauit: et ad studia
pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cum alios falleret: sei pm tñ nō fefellit:
nā post ānos plurimos Cornelio & Bebio consulibus in agro scribę Petilii
sub ianiculo arcę duę lapideę sunt reptę a fossoribus quoy i altera corpus
Numę fuit: i altera septem latini libri de iure pontificio. Item greci totidem
de disciplina sapię scripti: qbus religiones nō eas mō quas ipe instituerat:
sed oēs preterea dissoluit. Qua re ad Senatū delata: decretū est: ut hi libri
aboleretur. Ita eos. Q. Petilius pretor urbanus i contione populi concre-
mauit. Insipiēter id quidem: Quid enī profuit libros esse cōbustos: cū hoc
ipm q; sunt ideo cōbusti: qa religionibus derogabāt memorię sit traditū.
Nemo ergo tūc in Senatu nō stultissimus. Potuerūt ei & libri aboleri: et res
tñ in memoriam non exire. Ita dum uolunt & posteris approbare quanta
pietate defenderint religiones: auctorē religionū ipay testādo minuerūt.
Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarū religionū fuit sicut
ante Pompilii Faunus i latio qui et Saturno auo nepharia sacra constituit
et Picū patrē inter deos honorauit: et sororem suā Faunā eandemq; cōiugē
consecrauit. Quā Gabius bassus fatuam noiatam tradit q; mulieribus fata
canere consueuisset ut Faunus uiris. Eandem Varro scribit tantę pudicitię
fuisse ut nemo eā quoad uixerit preter suū uirū mas uiderit nec nomē eius
audierit. Idcirco illi mulieres i operto sacrificant: et bonā deā noiant. Et. C.
Sex. Clodius i eo libro quem grece scpsit refert Fauni hāc uxorē fuisse: quę
quia contra morem decusq; regiū clam uini ollam ebiberat & ebria facta
erat: uirgis mirtheis a uiro usq; ad mortē cesam. Postea uero cū eū facti sui
pēniteret: et desiderū eius ferre nō posset diuinū illi honorē detulisse: idco

in sacris eius obuolutā uini amphorā poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoq; nō parū erroris: quē tamē prudentes quiq; pspiciunt. Nam Lucilius eor stultitiam q simulacra deos putāt esse deridet his uersibus. Terricolas lamias fauni quas pompiliiq; instituere numę tremit has. Hęc oia ponit ut pueri infantes credunt signa oia aena uiuere & esse boies: sic isti omia ficta uera putant. Credunt signis cor inesse aenis: pergula pictor ueri nihil: oia ficta: uera putant: credunt signis cor inesse aenis: pergula pictor ec. Poeta qdem stultos boies infantibus cōpauit: at ego multo iprudētiores eē dico. Illi ei simulacra boies dicūt uel putant: hi deos. Illos ętas facit putare qd nō est: hos stultitia. Illi utiq; breui desinūt falli: hor uanitas & delirat semper et crescit. Sacra liberi pris pmus orpheus induxit i grecia: pmusq; celebrauit in monte boetię thebis: ubi Liber natus est, pximo. Qui cum frequēter cytharę cātū personaret: cytheron appellatus est. Ea sacra etiā nūc orphita noiantur i qbus ipe postea dilaceratus & carptus est. Et fuit per eadē fere tempora qbus Faunus. Sed quis ętate pcesserit dubitari potest: siqdem per eosdem ānos Latinus Priamusq; regnārt. Itē pres eor Picus et Laumedon quo regnāte Orpheus cū argonautis ad Iliensium littus accessit. Proceda-mus igitur ulterius: et quęramus qs oio colendor deor pmus autor extitit: Didimus i libris Melissa cretensium regem pmū diis sacificasse ac ritus nouos sacrorūq; pompas introduxisse. Huius ducis fuisse filias: Amaltheam & melissam: quę Iouē puerū capno lacte ac melle nutrierūt. Vnde poetica illa fabula originē sumpsit: aduolasse apes atq; os pueri melle cōplesse. Melissam uero a pre pmam sacerdotem matri magnę constitutā. unde adhuc eiusdem mris antistites melisse nūcupātur. Historia uero sacra testat ipm Iouem postq; re potitus est: in tantā insolentiā uenisse ut ipe sibi fana multis i locis constitueret. Nā cū terras circuiret: i quācūq; regionē uenerat: reges pncipes ue populor hospicio sibi & amicitia copulabat: et cū quoq; digrederet: uidebat sibi Fanū creari hospitis sui noie: qi ut posset amicitię & foederis memoria conseruari. Sic constituta sunt templa Ioui Athabirio Ioui Labriādo. Athabirius ei et Labriādus hospites eius atq; adiutores in bello fuerūt. Item Ioui Lapo: Ioui Moloni: Ioui Cassio: et quę sunt in eūdem modū: qd ille astutissime excogitauit: ut & sibi honorem diuinū et ut hospitibus suis ppetuū nomē acqreret cū religione coniunctū. Gaudebant ergo illi & huic impio eius libenter obsequebantur: et noīs sui grā ritus annuos: et festa celebrabant. Simile qddam in Sicilia fecit Eneas cū cōdite urbi Acestę hospitis nomē iposuit: ut eā postmodū ęnus ac libēs

Acestes diligeret: augeret: amaret. Hoc modo religionē cultus sui p orbem terre Iupiter semiauit: et exēplum cęteris ad imitandum dedit. Siue igitur a Milisseo: sicut Didimus tradit colendoꝝ deorum ritus effluxit: siue ab ipo quoq; Ioue Euemerus tradit. De tempe tamen constat qm̄ dii coli coeperint. Melisseus q̄dem multū antecessit ętate: q̄ppe q educauerat Iouem, pnepotē. Et ideirco fieri pōt: uel ut añ uel ut adhuc puero Ioue deos colere instituerit. idest. alūni sui mr̄em & auiam tellurem: quę fuit Vrani cōiunx: patrē Saturnū. Et ipe hoc exēplo atq; istituto Iouē ad tantā supbiam, puexerit: ut postea sibi diuinos honores auderet assumere.

Quo tempore chrę peuit nomiari uane supstitiones q solebant

Ca xxxi

DVnc qm̄ uanarū supstitionum originē deprehendimus: supest ut etiā tpa colligamus: per quę fuerint illi quoꝝ memoria colit̄. Theophilus in libro de tēporibus ad Auctholicum scripto ait in historia sua Tallum dicere. q̄ Belum quem Babilon et Assiri colunt antiquior troiano bello fuisse inueniatur. ccc. xxii. annis. Belum aūt Saturno ęqualem fuisse: et utrūq; uno tēpore adoleuisse. Quod adeo uerū est: ut rōe ipa colligi possit. Nam & Agamenon qui gessit bellum troicū: Ionis abnepos fuit: et Achilles Aiaxq; pnepotes: et Vlixes eodem gradu proximus: Priamus q̄dem longa serie: sed auctores quidam tradunt Dardanum & Iasium Corithi filios fuisse: non Ionis. Nec enī si ita fuisset: ad usus impudicos Ganimedem, pnepotē suum hēre potuisset. Itaq; parētibus illorū quos supra noiaui si congruenter ānos diuidas: numerus consentiet. Ab excidio aūt Troianę urbis colligunt ānī mille quadringēti septuaginta. Ex hac tpum rōe manifestū est ante annos nō amplius q̄ mille octingentos natū esse Saturnū: qui & sator oium deoꝝ fuit. Non ergo isti glorientur sacroꝝ uetustate: quoꝝ et origo & rō et tēpora deprehēsa sunt.

Restāt adhuc aliqua quę ad arguēdas religioēs falsas plurimū ualeāt. sed iam finem facere libro decreui: ne modum excedat. Ea enī plenius sunt exequēda quę uirtuti uidentur obstare: ut hoīes q bonoꝝ ignorantia uagantur incerti: ad religionem uerā possimus imbuere. Primus aūt sapiētię gradus est falsa intelligere. Secundus uera cognoscere. Ergo apud quē hęc prima istituto nostra profecerit: qua falsa deteximus: excitabitur ad ueri cognitionē: qua nulla est hōi iocundior uoluptas: et erit iam sapia cęlestis disciplinę dignus: quare ad cognoscenda cętera libens ac patus accesserit.

} Gradus sapię.

Lactantij firmiani de origine errorum liber secundus

Quod tōti obluto & ignorantia sui facit homines inopatos uera dei qui colunt fallacitis & impiorum contemptitur

Ca pmum

QVanq̃ ꝑmo libro religiões deoꝝ falsas eẽ mõstrauerim: q̃ hi quoꝝ uarios dissimilesq̃ cultus: ꝑ uniuersam terrã consensus hoim stulta persuasiõe suscepit. mortales fuerit. functiq̃ uita diuinę necessitati morte concesserint. tamen nequa dubitatio relinquatur: hic secundus liber fontem ipm patefaciat erroꝝ. cãsq̃ oẽs explicabit: qbus decepti hoies & ꝑmitus deos esse credidérint: et postmodũ inueterata persuasione in susceptis prauissime religionibus perseuerauerũt. Gestio enim coniũctis mãibus: et hoim impia uanitate derecta singularis dei asserere maiestatẽ. suscipiens utilius & maius officiũ: scilicet reuocãdi hoies a prauis itineribus: et ĩ grãm secũ ipos reducendi: ne se ut q̃dam philosophi faciũt tãtope despiciant. Neue se infirmos supuacuos et nihil: et frustra oio natos putẽt. quę opio plerosq̃ ad uitia cõpellit. Nã dũ existimãt nulli deo nos eẽ curę: aut post mortẽ nihil esse futuros: totos se libidinibus addicũt. Et dũ licere sibi putãt: hauriendis uoluptatibus sitienter incũbũt: per quas iprudẽtes in laqueos mortis incurrant. Ignorãt ei quę sit hois rõ. quã si tenere uellẽt in pmis deũ suum agnoscerẽt: uiuerẽ iustitiamq̃ sequerentur. terrenis figmẽtis aias suas nõ substernerẽt. mortiferas libidinũ uoluptates nõ appeterẽt. Deniq̃ seipos magni estimarẽt. atq̃ intelligerent plus esse in hoie q̃ uidẽt. cuius uim conditionẽq̃ non aliter posse retineri: nisi cultũ ueri parentis sui deposita pranitate susceperint. Et q̃dem: sicut oportet de summa rerum sepe numero cogitans: admirari soleo maiestatẽ dei singularis: quę continet regitq̃ oia: in tantã uenisse oblíuionẽ: ut quę sola coli debeat sola porissimũ negligatur. Hoies autem ipos ad tãtam cecitatem esse deductos: ut uero ac uiuo deo mortuos aũferant. terrenos autẽ in terraq̃ sepultos ei q̃ fundator ipius terre fuit. et tamen huic impietati hoim posset uenia concedi. si oio ab ignorãtia diuini nois uẽiret hic error. Cum uero ipos deoꝝ cultores: sepe uideamus deũ summũ et confiteri & ꝑdicare q̃ sibi uenam sperare possint impietatis suę: qui nõ agnoscũt cultũ eius quẽ prorsus ignorari ab hoie fas non est. Nam et cũ iurant: et cũ optant: et cũ grãs agũt: non Iouẽ aut deos multos sed deũ noiant adeo ipa ueritas cogente natura etiã ab inuitis peccatoribus erũpit. Quod q̃dem non faciũt in ꝓsperis rebus. Nam tũ maxie deus ex memoria hoim elabitur: cũ beneficiis eius fruentes honorem dare diuinę indulgẽtię debent. At uero si qua necessitas grauis presserit: tũc deũ recordantur. Si belli terror infremuerit: si morboꝝ pestifera uis incubuerit: si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit: si seua tempestas: si grando

Ignorãtia causa erroꝝ.

ingruerit ad deũ confugũt.a deo petitur auxiliũ: deus ut subueniat oratur.
si qs in mari uento seuiente iactatur hũc inuocat.si quis aliqua ui afflictatur
hũc potius implorat. Si quis ad extremã mendicãdi necessitatẽ deductus
uictũ pcibus expoſcit deũ solũ obtestatur: et p eius diuinũ atq; unicũ nomen
hoium sibi misericordiam querit.Nunq̃ igitur dei meminerũt: nisi dum in
malis sunt.Postq̃ metus deseruit & pericula recesserũt: tũ uero alacres ad
deoꝝ templa cõcurrũt.his libant: his sacrificant: hos coronant. Deo autem
quẽ in ipa necessitate implorauerũt: ne uerbo q̃dem grãs agũt.adeo ex rerũ
prosperitate luxuria.ex luxuria uero ut uitia oĩnia: sic impietas aduersus
deũ nasciturũ. Qua nã istud ex causa fieri putemus: nisi esse aliquã peruersam
prãtem quę ueritatis sit semp inimica: quę humãis erroribus gaudeat.cui
unũ ac pperuum sit opus effundere tenebras: et hoim ceccare mẽtes ne lucẽ
uideant .ne demq; in cęlum aspiciant: ac naturam corpis sui seruent. Nam
cũ cętere aiantes pmis corpibus in humũ spectent: ꝗa rõem ac sapiam non
accepũt.nobis aũt status rectus.sublimis uultus ab artifice deo datus sit:
apparet istas religiones deoꝝ nõ esse rõnis humanę.qa curuãt cęleste aial
ad uenerãda terrena.Parens ille noster unus & solus: cũ fingeret hominẽ.
idest.aial intelligens et rõnis capax: eũ uero ex humo subleuatum ad cõ-
tẽplationẽ sui artificis erexit.qd̃ optime ingeniosus poeta signauit. Pronaq;
cũ spectent aialia cętera terrã.Os hõi sublime dedit cęlumq; uidere.Iussit et
erectos ad sidera tollere uultus.Hinc utiq; Αντροπος greci appellauerũt:
q̃ sursum spectet.Ipi ergo sibi renuntiant: scq; hoium noie abdicant: q̃ non
sursum aspiciãt sed deorsum.nisi forte id ipm q̃ recti sumus: sine causa hõi
attributũ putant. Spectare nos cęlũ deus uoluit: utiq; non frustra.nam &
aues et ex mutis pene oia cęlum uident.sed nobis ꝑpe datũ est cęlũ rigidis
ac stantibus uidere: ut religionẽ ibi queramus.ut deũ cuius sedes illa est:
quẽ oculis nõ possumus aio contẽplemur.quod profecto nõ facit: qui es aut
lapidem quę sunt terra uenerantur. Est aũt prauissimũ: cũ rõ corpis recta
sit qd̃ est temporale: ipm uero aium qui sit ęternus hũilem fieri.cũ figura &
status nihil aliud significent: nisi mentem hois eo spectare oportere uultu:
et aium tam rectum eẽ debere q̃ corpus: ut id cui dñari debet imitetur: uerũ
hoies & nois sui et rõnis oblitu: oculos suos ab alto deiciunt.soloq; defigũt:
atq; timent opera digitorũ suoꝝ.q̃i quicq̃ esse possit artifice suo maius.

Quę fuerit prima causa fingendi simulacra. Et q̃ uerissima
dei imago est homo. Et q̃ extra fidem dei nemo fideliter colit

QVę igitur amentia est: aut ea fingere quę ipi postmodũ timent. aut timere quę finxerint? Non ipa inquit timemus: sed eos ad quorũ imagines facta: et quorũ nõibus consecrata sunt. Nempe ideo timetis: q̃ eos eē in cęlo arbitramini. Neq; ei si dii sunt aliter fieri pōt. Cur igit oculos in cęlũ nõ tollitis: et aduocatis deorũ nõibus in apto sacrificia celebratis? Cur ad parietes & ligna et lapides potissimũ q̃ illos spectatis: ubi eos eē credatis? Quid sibi templa? qd are uolũt? Quid denique ipa simulacra: quę aut mortuorũ: aut absentiũ monumēta sunt? Nam oio fingēdarũ similitudinũ ratio idcirco ab hõibus inuēta est: ut posset eorũ memoria retineri: qui uel morte subtracti uel absentia fuerāt separati. Deos igit i quorũ numero reponemus? si in mortuorũ: quis tam stultus ut colat? Si in absentium: colendi ergo nõ sunt si nec uident quę facimus nec audiũt quę pcamur. Si aūt dii absentes esse non possunt: qui qm diuini sunt. in quacũq; mundi parte sunt uident et audiũt uniuersa. Supuacua ergo sunt simulacra illis ubiq; presentibus: cũ satis sit audientiũ noia pcibus aduocare. At enī presentes nõ nisi ed imagines suas adsunt: ita plane quēadmodũ uulgus existimat: mortuorũ aios circa tumulus & corporũ suorũ reliqas aberrare. sed tn postq̃ deus ille psto esse coepit. iam simulacro eius opus nõ est. Quero ei si quis imaginem hois pegre constituti contēplatur sepius: ut ex ea solacium capiat absentis: num idem sanus esse uideat. si eo reuerso atq; presente in contēplanda imagine pseueret. eaq; potius q̃ ipsius hois aspectu frui uelit? Minime, pfecto. Et tn hois imago necessaria tũ uideī cũ, pcul abest: supuacua futura cũ presto est. Dei autem cuius spūs ac numē ubiq; diffusum: abesse nunq̃ pōt: semp utiq; imago supuacua est: sed uerentur ne oīs eorũ religio inanis sit & uacua: si nihil in presenti uideant qd adorent. et ideo simulacra constituunt. quę qa mortuorũ sunt imagines: similia mortuis sunt. omi ei sensu carent. Dei autem in eternũ uiuentis uiuũ & sensibile debet eē simulacrũ. Quod si a similitudine id nomen accepit: quo possunt ista simulacra deo similia iudicari quę nihil sentiunt nec mouēturt? Itaq; simulacrũ dei nõ illud est: quod digitus hois: et lapide aut ere: alia ue materia fabricaī. sed ipe hõ: qm et sentit & mouet: et multas magnasq; actioēs habet. Nec intelligūt hoīes ineptissimi q̃ si sentire simulacra et mouere possent: ultro adoratura hoīes fuissent a q̃bus sunt expolita. quę essent aut inculus & horridus lapis. aut materia informis ac rudis: nisi fuisset ab hoīe formata. Homo igit illeorũ q̃i parens putādus est. p cuius manus nata sunt: per quē: spēm: figurā: pulcritudinē hēre ceperūt. Et ideo melior est qui fecit q̃ illa quę facta sunt. Et tamē factorē ipm nemo

suscipit aut ueretur. Quę fecit: timet tanq̃ plus possit esse in ope q̃ in opifice. Recte igit̃ Seneca in libris moralibus simulacra inqt deoꝝ ueneranẽ: illis supplicant: genu posito illa adorãt: illis per totũ assident diem aut astant: illis stipem iaciũt: uictimas cedunt: et cũ hęc tantope suscipiant: fabros qui illa fecere contẽnunt. Quid inter se tam contrariũ: q̃ statuarũ despicere factorẽ: statuã adorare. et eũ ne in cõuictu q̃dem admittere q tibi deos faciat. Quã ergo uim: quã ptãtem hẽre possunt. cũ ipe qui fecit illa nõ habeat. sed ne hęc q̃dem dare his potuit quę habebat. uidere: audire: loqui: moueri? Quisq̃ ne igit̃ tam ineptus est: ut putet aliquid esse in simulacro dei: in quo ne hoĩs q̃dem quicq̃ est preter mẽbra: sed hęc nemo considerat: infecti sunt ei persuasione: ac mẽtes eoꝝ poenitus sucũ stulticię pbiberũt. Adorãt ergo insensibilia qui sentiũt: irrõnabilia q sapiũt. exanimia qui uiuũt: terrena q oriuntur e cęlo. Iuuat ergo uelut in aliqua sublimi specula constituti unde uniuersi exaudire possint: Persianũ illud pclamare. O curue in terras aĩę et cęlestiũ manes: cęlũ potius inuemini: ad cuius spectaculũ uos excitauit ille artifex uerus deus: ille uobis sublimẽ uultũ dedit: uos in terrã curuamini: uos altas mentes: et ad parentem suum cũ corpibus suis erectas ad inferiora depmitis: tanq̃ uos penitet nõ quadrupedes esse natos: fas non est cęleste aĩal cũ terrenis ĩ terrãq; uergẽtibus uersari. Quid uos beneficiis cęlestibus orbati: proniq; in terrã uestra sponte pcũbitis? Humi enĩ miseri uolutamini: cũ deorsum queritis q̃d in sublimi querere debuistis. Nam ista mortaliũ digitorũ ludicra & fragilia figmenta: ex quolibet materię genere formata: quid aliud sunt nisi terra ex qua nata sunt? Quid ergo rebus inferioribus subiacetis? Quid capitibus uris terrã supponitis? Cũ ergo uos terrę submittitis humiliores q; facitis: ipi uos ultro ad inferos mergitis: ad mortẽq; dãnatis: quia nihil est terra inferius et hũilius: nisi mors et inferi. quę si effugere uelletis subiectã pedibus uris terrã contẽneretis: corporis statu saluo. q̃d idcirco rectũ accepistis quo oculos atq; mentem cũ eo q fecit conferre possetis. Contẽnere aũt et calcare terrã nihil aliud est: q̃ simulacra nõ adorare q̃a de terra ficta sunt. Itẽ diuitias nõ concupiscere: uoluptates corporis spernere: quia opes & corpus ipm cuius hospitio utimur terra est. Viuũ colite ut uiuatis. Moriatur enĩ necesse est: qui se suãq; aĩam mortuis adiudicauit. Q̃d Cicero & alij qui tuebant sapientes ceteris de terrenis percantibus

Sed quid pdest ad uulgus et ad hoĩes impitos hoc modo cõcionari: cũ uideamus etiam doctos & prudentes cũ religionum intelligant

uanitatem: nihilominus tamē etiam ī his ipis quę dānant colendis: nescio qua prauitate prestare. Intelligebat Cicero falsa esse quę hoies adorarent. Nam cū multa dixisset quę ad euersionē religionū ualerent: ait tñ non esse illa uulgo disputanda. ne suscepta publice religionis disputatio talis extinguat. Quid ei facies: qui cū errare se sentiat: ultro ipe īm lapides impīgat ut populus oīs offendat. ipe sibi oculos eruat ut oēs cęci sint. q nec de aliis bene mereat quos patitur errare: nec de se ipo q alienis accedit erroribus: nec utitur tandem sapientię suę bono ut factis impleat qd mente pcepit: sed prudens & sciens pedem laqueo īserit. ut simul cū cęteris quos liberare ut prudentior debuit & ipse capiat: qn potius siquid tibi Cicero uirtutis est. expire populū facere sapientem. Digna res est: ubi oēs eloquētię tuę uires exeras. Non enī uerēdum est ne tibi īm tam bona cā deficiat oīo. q sepe etiā malas copiose ac fortiter defendisti. sed nimirum Socratis carcerem times. ideoq; patrocinīū ueritatis suscipe nō audes. At mortē ut sapiēs contēnere debuisti. Et erat multo pulchrius. ut ob bene dicta q̄ ob male dicta morereris. Hec tibi laudis plus philippice afferre potuerunt: q̄ discussus error humāi generis & mētes hoīm ad sanitatē tua disputatione reuocare. Sed concedamus timiditati quę īn sapiente eē non pōt. Quid ergo ipe īn eodem uersaris errore? Video te terrena et manufacta uenerari. Vana eē intelligis. et tñ eadem facis quę faciunt ipi quos ipe stultissimos confiteris. Quid igit̄ pfuit uidisse te ueritatem: quā nec defēsurus eēs. nec secuturus? Sed si libenter errāt hi q errare se sentiūt: q̄to magis uulgus indoctū qd pompis īanibus gaudet. aīsq; puerilibus spectat oīa. oblectat frīuolis: et specie simulacroy capitur: nec ponderare secū unā quāq; rem potest: ut intelligat nihil colendū esse qd oculis mortalibus cernitur. qa necesse est mortale sit? Nec mirādum esse si deū non uideāt: cū ipi ne hoīem qdem uideant: quem uidere se credūt. Hoc ei quod oculis subiectū est: nō homo sed hoīs ptpta culum est. cuius qualitas et figura nō ex lināmentis uasculi quo cōtinet: sed ex factis ac moribus puidet. Qui ergo colūt simulacra: corpa sunt hoibus carentia. quia se corpalibus dedert: nec uident plus aliqd mente q̄ corpe: cū sit animi officiū ea subtilius cernere qnę acies corpalis nō potest intueri. Quos hoies idem ille philosophus ac poeta grauiter accusat: tanq̄ humiles et abiectos qui contra naturę suę rōem ad uenerāda si terrena prosternāt. Ait enī. Et facūt aios hūiles formidine diuū: depressosq; pmunt ad terrā. Aliud qdem ille cum hoc diceret sentiebat: nihil utiq; esse colēdum quia dii humana non curent. Deniq; alio loco religiones deorū & cultus īane esse

officiũ confitetur. Nec pietas ulla ẽ uelatũ sepe uideri uertere se ad lapidẽ: atq; oẽs accedere ad aras: et pcũbere humi pstratũ. et pandere palmas añ deũ. delubra nec aras sanguie multo spergere q̃drupedũ: nec uotis nectere uota. Que pfecto si cassa sunt: nõ oportet sublimes et excessos aios auocari atq; ín terrã premi. sed míhil alíud q̃ celestia cogitare. Impugnate sunt ergo a prudentioribus false religioẽs qa sentiebant eẽ falsas: sed nõ est índucta uera. quía qualís aut ubí eẽt ignorabant. Itaq; sic habuerũt tanq̃ nulla esset oĩo. quia uerã non poterãt íuenire. Et eodem mõ íncidert ín errorẽ multo maiorem q̃ illí qui falsam tenebãt. Nam & isti fragilium cultores q̃uis sint íncepti: quía celestia constituunt ĩ rebus corruptibilibus atq; terrenís. aliqd tũ sapie retinẽt: et hẽre ueníam possunt. quia summũ hoĩs officiũ et si nõ re ipa: tũ pposito tenent. si q̃dem hoĩm atq; multoꝝ uel solũ: uel certe maxim ín religione diserimẽ est. Hí uero q̃to fuerũt sapientiores q̃ íntellexerẽt false religioĩs errorẽ: tanto facti sunt stultiores: q̃ esse aliquã uerã nõ putauerẽt. Itaq; qm̃ facilíus ẽ de aliemis íudicare q̃ de suis. dum alioꝝ pcipitiũ uidẽt: non pspexerẽt qd añ suos pedes eẽt. In utraq; igit̃ parte: et summa stultícia íuenitur & odor q̃dam sapie. ut possis dubitare quos dicas potissimũ stultiores: illos ne qui falsam religionẽ suscipiũt: an eos qui uullã. Sed ut dixí uenia concedi posset impitis. & q se sapientes eẽ non fateãtur. his uero non põt: q sapiam pfessi stultíciã potius exhibent. Non sum eq̃dem tã íniquus: ut eos putem diuíníare potuisse: ut ueritatẽ per seipos íueníret. qd̃ fieri ego nõ posse confiteor. sed hoc ab his exigo: qd̃ rõe ipa prestare potuerẽt. Facerent enĩ prudentius si & íntelligerẽt esse aliquã uerã: et falsis impugnatis: aperte pnuntiarent eam que uera eẽt ab hõibus nõ teneri. Sed mouerit eos fortasse illud si q̃ uera eẽt religio: exerceret ac índicaret ne paterẽt eẽ alíud qcq̃. Videre eĩ nullo mõ potuerãt: quare aut a quo: et quẽadmodũ religio uera oppmerẽt. qd̃ est diuíni sacmẽti et celestis archani. Id uero nisi doceat̃: aliqs scire nullo pacto potest. Sũma rei hec est. Impiti & ínsipientes falsas religiones pro ueris habent. quía neq; uerã sciũt: neq; falsam íntelligunt. Prudentiores uero: quia uerã nesciũt: aut ín his quas falsas eẽ íntelligũt perseuerant. ut aliquid tenere uideãtur: aut oĩo mhil colunt ne íncidant ín errorẽ: cũ id ipm maximi sit erroris: uitã pecudũ sub figura hoĩs ímitari. falsum uero íntelligere: est q̃dem sapie: sed hũane. ultra hunc gradũ pcedí ab hoĩe non poterit. Itaq; multi philosophoꝝ religiones ut docui sustuleẽt: uerũ autẽ scire diuíníe ẽ sapie. Nemo aũt per se ipm pueníre ad hãc sapiam potest: nisi doceatur a deo. Philosophi qd̃ summũ fuit humãe sapie assecuti

sunt: ut intelligerent quid non sit: illud assequi nequerũt ut dicerent qd sit. Nota Ciceronis uox est: utinã tam facile uera inuenire possem q̃ falsa conuincere. Quod quia uires humanę conditionis excedit. eius officii facultas nobis est attributa: q̃bus tradidit sciam ueritatis. cui explicandę quatuor posteriores libri seruient. Nunc interim falsa ut cępimus deregamus.

Quid nil maiestati ꝗ ceteri habeant idola

QVid igitur maiestatis possunt hẽre simulacra. quę fuerũt in homũculi ptãte: uel ut aliud fierẽt: uel ut oio non fierent: idcirco apud Oratium Priapus ita loqtur. Olim trũcus erã ficulnus inutile lignum: cũ faber incertus scamnum faceret ne papum: Maluit esse deũ: deus inde ego furũ: auiũq; maxia formido. Quis nõ sit tanto hoc custode securus? Fures ei tã stulti sunt: ut priapi tẽtig mem timeant: cũ aues ipe quas terrore falcis aut inguis abigi existimãt simulacris fabrefactis. idest. hoim plane similibus insideant: nidificent: inqnent. Sed Flaccus ut satirici carmis sęptor derisit hoim uãitatem. Verũ hi qui faciũt: seriam se facere rem opinantur. Deniq; poeta maximus: hõ in ceteris prudens: in hoc solo non poetice: sed aniliter desipiuit: cũ in illis emẽdatissimis libris etiam fieri hoc iubet. Et custos furũ atq; auiũ cũ falce saligna: hellespontiaci seruet tutela priapi. Adorant ergo mortalia: aut a mortalibus facta: frangi eni cremari possunt ac pire: nam et rectis uetustate labentibus sepe cõminui solent. et consupta incendio dilabunt̃ i cinerẽ: et plerũq; nisi sua illis magnitudo subuenerit. aut custodia diligens sepserit: in pdam furibus cedunt. Quę igit̃ insania est: ea timere: p quibus aut ruine aut ignes aut furta timeãtur? Quę uanitas aliquã ab his spectare tutelam: quę tueri semetipa non possunt? Quę puersitas ad eorũ presidia decurrere: quę ipa cum uiolanti multa sunt: nisi a colentibus uindicentur? Vbi ergo ueritas est: ubi nulla nis adhiberi potest religiõi: ubi nihil qd uiolari possit apparet: ubi sacrilegiũ fieri non põt? Quicqd autem oculis mãibusq; subiectũ est: id uero ꝗa fragile est: ab oĩi rõe imortalitatis est alienũ. Frustra igit̃ hoies auro: ebore: gẽmis: deos excolũt et exornãt: q̃i uero ex his rebus nullã possint cape uoluptatem. Quis usus est pciosorũ munerũ nihil sentientibus? An ille qui mortuus? Pari ei ratiõe defunctoꝝ corpa odoribus ac preciosis uestibus illita & cõuoluta humi condiũt qua deos honorant: qui neq; cũ fierent sentiebant: neq; cũ colunt̃ sciunt. Nec eni sensum consecratione sumperunt. Non placebat Persio: q̃ aurea uasa tẽplis inferant̃: supuacuũ putanti eẽ inter religioẽs: q̃ nõ sanctitatis: sed auaritię sit instrumentũ. Illa eni satius est deo quem recte colas inferre pro munere

cōpositū ius fasq; aio: sanctosq; recessus. mentis et incoctū generoso pectus honesto. Egregie sapiēterq; sensit. Verū illud ridiculum subdidit: Hoc esse aurum i tēplis q̄ sint ueneri donate a uirgine pupe quas ille omittere fortasse contēpsit. Non uidebat enī simulacra ipa & effigies deorū policleti & eufranonis et phidie manu ex auro atq; ebore perfectas. Nihil aliud esse q̄ grādes pupas. non a uirginibus quarū lusibus uenia dari pōt. sed a barbaris boibus consecratas. Merito igit etiam senū stultitiam Seneca deridet. Nō inquit bis pueri sumus ut uulgo dicitur: sed semp. uerū hoc interest: q̄ maiora nos ludimus. Ergo his ludicris & ornatis et grandibus pupis: & unguēta et thura & odores inferūt. his opimas et pingues hostias imolāt: q̄bus est q̄dem os: sed carent officio denriū. His peplos et indumēta pciosa: quibus usus uelaminis nullus est. His aurū & argentū consecrāt. que tam non hūt qui accipiūt: q̄ qui illa donarūt. Nec imerito Dionisius sicilie tirānus: post uictoriā grā potius: deos tales concēpsit: spoliauit: illusit. Siqdē sacrilegia sua iocularibus etiā dictis, psequebat. Nam cū Iouis olimpio aureū amictū detraxisset: laneum iussit iponi dicēs. estate esse graue aureū: hieme frigidū. laneū uero utriq; tpi aptū. Idem aureā barbā detrahens: et Esculapio incōgruens: et iniquū esse ait. Cum Apollo pr eius imberbis eet adhuc ac lenis: porem filium q̄ prem barbatū uideri. Item pateras & exuueas: et parua quedā sigilla que simulacroꝝ portēris maibus tenebant detrahebat. et accipe se illa nō auferre dicebat. Per q̄ enī stultū eē & ingratū: nolle accipe ab his ultro porrigēntibus: a q̄bus boā sibi hōes precarētur. Nec enī fecit ipune. qa rex & uictor fuit. Quin etiā sequuta est eū solita felicitas. Vixit eī usq; ad senectutem. regnūq; per manus filio tradidit. In eo igit quia hoies sacrilegia uindicare nō poterāt: oportuit deos ipos sui uindices esse. At si hūilis: qd tale cōmiserit: huic presto sunt flagella: ignes: aculei: cruces. & qcqd excogitare iratis ac furēnbus licet. Sed cū puniūt deprehensos in sacrilegio: ipi de deoꝝ suoꝝ ptāte diffidūt. Cur eī illis potissimū relinquant ulciscendi sui locū: si eos posse aliquid arbitrātur. qnetiā putāt illorū numine accidisse: ut pdones rerū sacrarū comphensi tenerent. et seuiūt nō tam ira q̄ metu. ne si deoꝝ iniuriam nō uindicauerīt: ipos exspectāt pene incredibili silicet uanitate: qui nocituros sibi deos pucant ob aliena scelera. qui ipis a quibus uiolati spoliatiq; sunt: per se ipos nihil nocere potuerīt. At ei sepe ipi quoq; in sacrilegos uindicauerīt. pōt id uel cāu accidisse: uel aliqn nō semp. sed tn paulo post: qn id acciderit ostendam. Sed interim quero cur illi tot et tanta sacrilegia in Dionisio nō uindicauerint. qui nō furtim: sed palā deos

ludibrio habuit. Cur hunc tam potentē sacrilegū a tēplis: a cerimonis: ab imaginibus suis nō arcuerit. Cur etiā sacris rebus ablatis, pspere nauigauit. quod loco ipo testatus est ut solebat. Videtis ne inquit comitibus suis naufragium timētibus: q̄, pspera sacrilegis nauigatio ab ipis īmortalibus tribuat̄. Sed hic fortasse a Platone didicerat deos nihil eē. Quid. C. uerres quem Tullius accusator eius eidem Dionisio & phalari et tirānis oīmbus compat. nōne oēm siciliam cōpilauit sublatis deoꝝ simulacris ornamentisq; phanoꝝ? Ociosum ē, psequi singula. Vnum libet cōmemorare: in quo accusator oīmbus eloquētię uiribus: oīni deniq; conatu uocis et corpis deplorauit. De Cerere uel cathinēsi uel erbnensi: quarū alterius tāta fuit religio: ut adire tēpli eius secreta penetralia uiris nefas eēt. Alterius antiqtas tāta: ut oēs historię loquantur ipam deam fruges in erbne solo pmum reppisse: filiamq; eius uirginē ex eodem loco raptā. Deniq; graccāis tpibus turbata republica et seditiōibus & ostentis: cū reptū eēt in carmibus sibillinis: antiqssiām Cererē deber placari: legati sunt erbnam missi. Hęc igit̄ Ceres uel religiosissima quā uidere maribus ne adorādi qdem grā licebat. uel antiquissima. quā scilicet S. P. Q. R. sacrificiis domisq; placauerat. ex archanis ac uetustis penetralibus a. C. Verre īmissis latrōibus seruis īpune sublata est. Idem uero cū affirmaret se a siculis ut cām, puncię suscepit oratim: his uerbis usus est sese iam ne deos qdem in suis urbibus ad quos confugerent habere: q̄ eorū simulacra sanctissima. C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset. Quasi uero si Verres ex urbibus delubrisq; sustulerat: de cęlo quoq; sustulerat. Vnde apparet istos deos nihil hēre amplius: q̄ materiam de qua sunt fabricati. nec īmerito. Ad te. M. T: hoc ē ad hoīem siculi confugerūt. qm̄ triennio sunt expti deos illos nihil ualere. Essent enī stultissimi: si ad eos ob defendēdas iniurias hoīm confugissēt. Qui. C. Verri ne pro seipis irati esse potuerīt. At enī Verres ob hęc facinora damnatus est. non ergo dii uindicauerūt: sed Ciceronis industria. qua uel de phēsores eius oppressit: uel grę restitit. Quid q̄ apud ipm Verrē non fuit ulla dānatio: sed uacatio. ut quē admodū Dionisio deoꝝ spolia gestanti: dii īmortales bonā dederāt nauigationē. sic etiā Verri bonā qetem tribuisse uideāntur. in qua sacrilegiis suis trāquillę fruī posset. Nam fremētibus postea ciuibus bellis sub obtētu dñationis ab oīni piculo & metu remotus: alioꝝ graues casus et miserabiles exitus audiebat. et qui cecidisse solus oibus stantibus uidebat̄. is uero uniuersis cadentibus solus stetit: donec illū & opibus sacrilegio partis et uita saciatū: ac senectute confectū: proscriptio triū uiralis auferret eadem scilicet

quę Tullium violare deorꝫ maiestatis ultorem. Quim etiam foelix im eo ipo
fuit: qp añ suā mortē crudelissimā exitū sui accusatoris audiuit. diis uidelicet prouidentibus: ut sacrilegus ac predo ille religionum suarum non ante moreretur: q̄ solatiū de ultione cępisset. Quid solus omnium creator: ut
ait deus est solus cę colendus nec elementa nec corpora celestia
aliqd diuinitatis sint in quo & stoici desipiunt q stellas deos
putant quę nū sua uoluntate moueantur sed dei et qua rōne c.

Ca. v.

QVanto igitur rectius est omissis insensibilibus et uanis oculos eo tendere: ubi sedes: ubi hitario est dei ueri. qui terram stabili firmitate suspendit: qui cęlum distinxit astris fulgentibus: qui solem rebus humanis dariissimū ac singulare lumē in argumentū suę ac unicę maiestatis accēdit. Terris aūt maria circūfudit: flumia sempiterno lapsu fluere pcepit. iussit et extēdi cāpos: subsidere ualles: frōde tegi siluas: lapidosos surgere mōtes. Quę utiq; oia non Iupiter fecit. qui añ annos mille septingentos natus est. sed ille opifex: rerū mundi melioris origo: qui uocat̄ deus. cuius principiū qm̄ nō pōt cōprehēdi. nec queri debet q̄dem. Satis est hōi ad plenā pfectāq; prudentiam: si deū esse intelligat. cuius intelligētię uis & summa hęc est: ut suscipiat & honorificet cōem parētem generis humani. et rerū mirabilium fabricatorē. unde q̄dam hebetis obtusiq; cordis: elementa que et facta sunt et carēt sensu tanq̄ deos adorāt. qui cū dei opa mirātur: cęlū cū luminibus uariis. terrā: cū cāpis & mōtibus. maria: cū fluūibus et stangis et fontibus. earū rerū admiratione obstupefacti: et ipius artificis oblii: quē uidere nō poterāt: eius opa uenerari et colere coepert. nec unq̄ intelligere querūt: q̄to maior q̄ mirabilior sit qui illa fecit ex nihilo. quę cū uideāt diuinis legibus obsequentia. cōmodis atq; usibus hoīm ꝓpetua necessitate familiari. tñ illa deos existimāt esse. ingrati aduersus beneficia diuina. qui deo & pri indulgentissimo: sua sibi opa ptulert. Sed qd mirū si aut barbari: aut ipiti hoies errāt cū et philosophi stoicę disciplinę in eadē sint opiōe: ut oia cęlestia quę mouēt i deorꝫ numero habēda eē cēseāt. Siqdē Lucilius stoicus apud Ciceronem sic loqtur. Hanc igitur in stellis constantiam: hanc tantā in tam uariis cursibus in omni eternitate cōuenientiam tēporꝫ: nō possum intelligere sine mente rōe consilio. quę cū in sideribus esse uideamus: non possumus ea ipa nō in deorꝫ numero ponere. Itē paulo supius. Restat inqt ut motus astrorū sit uolūtarius. quę qui uideat nō indocte solū uerū etiā impie faciat si deos esse neger. Nos uero et q̄dē cōstāter negamus. ac uos o philosophi nō solū indoctos: et ipios: uerū cęcos: et inepros: deliros ꝓbamus. qui ignorantiā

Deꝰ principiū: cum cōprehendi nō possit: et q̄ri nō debet:

q̄ pulchre cōtra adoratores florꝰ deorum.

Lucilius ap̄ Ciceronem.

impitoꝝ uanitate uicistis. Illi ei solem & lunã: uos etiã sidera deos putatis.
Tradite igitur nobis stellarũ misteria. ut aras & tẗpla singulis erigamus. ut
sciamus quo: quãq; ritu: quo die colamus: qbus nõibus: qbus ꝑcibus ad-
uocemus. nisi forte nullo discrimine tam innumerabiles: tam minutos deos
aceruatim colere debemus. Quid: q̃ argumẽtũ illud quo colligũt uniuersa
cęlestia deos eẗ in cõtrariũ ualet. Nã si deos eẗ idcirco opinantur: qa cęteros
et rõnabiles cursus hũc errãt. Ex hoc ei apparet deos nõ esse. q̃ ex orbitate
illis a prestitutis itineribus nõ licet. Cęterũ: si dii eẗnt: huc atq; illuc passim
sine ulla necessitate ferrentur. sicut aiantes in terra. quoꝝ qa libere sunt uo-
luntates: huc atq; illuc uaganẗ ut liber: et quo quẗq; mens duxerit eo ferẗ.
Non est igitur astroꝝ motus uoluntarius sed necessarius. quia prestitutis le-
gibus officiisq; seruiũt. sed cum disputaret de cursibus siderũ: quos ex ipsa
rerũ ac tẗpoꝝ congruentia intelligebat: non esse fortuitos existimauit. uo-
luntarios esse tanq̃ nõ possent tã disposite: tam ordinate moueri. nisi sensus
illis inesset. officii sui sciens. O q̃ difficilis est ignorãtibus ueritas. et q̃ facilis
scientibus. Si motus ingt astroꝝ fortuiti non sunt: nihil aliud restat: nisi ut
uoluntarii sint. imo uero ut nõ eẗ fortuitos mãifestũ est. ita nec uolũtarios.
Quomõ igitur in conficiendis itineribus constãtiam suã seruãt: nimirũ deus
uniuersi artifex sic illa dispõit: sic illa machinatus est: ut per spacia cęli di-
uina & admirabili rõe decurrerẗ: ad efficiendas succedentiũ sibi temporũ
uarietates. An Archimenes siculus cõcauo ęre similitudinẗ mũdi ac figurã
potuit machinari. in quo ita solem ac lunã cõposuit: ut inequales motus et
cęlestibus similes: cõuersiõibus singulisq; diebus efficerẗ. et nõ mõ decessus
solis & recessus: uel incremẗa: diminutionesq; lunę: uerũ etiã stellarũ: uel
merrantiũ uel uagarũ: dispares cursus orbis ille dum uertitur exhiberet.
Deus ergo illa uera nõ potuit machinari et efficere: quę potuit solertia hois
imitatiõe silare? Vtrũne igitur stoicus si astroꝝ figuras i illo ęre pictas effic-
tasq; uidisset: suo illa cõsilio moueri diceret. ac nõ potius artificis ingenio. Inest
ergo sideribus rõ: ad pagẗdos meatus suos apta. sed dei est illa rõ: qui fecit
et regit oia. non ipoꝝ siderũ quę mouenẗ. nam si solem stare uoluisset: per-
petuus itaq; dies esset. Item si motus astra non hẗrent: quis dubitat sempi-
ternam noctem fuisse futuram? Sed ut diei ac noctis uices eẗnt: moueri ea
uoluit. et tã uarie moueri: ut nõ mõ lucis ac tenebrarũ mutue uicissitudines
fierent: qbus laboris & qẗis alterna spacia constarent. sed etiã frigoris &
caloris et diuersoꝝ tẗpoꝝ nis ac ptãs: uel generãdis uel maturãdis fructi-
bus cõueniret. Quã solertiã diuinę ptãtis in machinãdis itineribus astroꝝ:

at certos

O q̃ difficilis est ignorantibus ueritas

Archimenes siculus figuram mundi machinatus.

qa philosophi nõ uidebãt: aĩalia eẽ sidera putauerẽt, tãq; pedibus et sponte non diuina rõe pcederẽt. Cur aũt excogitauerit illa deus: qs nõ intelligit? scilicet ne solis luce decedẽte: nimiũ ceca nox tetris atq; horrẽtibus tenebris ĩgraueſceret: noceretq; uiuẽtibus. Itaq; et celũ simꝫ mira uarietate distinxit, et tenebras ipas multis minutisq; lũibus tẽpauit. Quãto igitur Naso sapientius: q̃ illi qui sapie studere se putant. qui sentit a deo lũia illa ut horrorem tenebrarũ depelleret instituta. Is eũ librũ quo phenomena breuiter coprehendit: his tribus uersibus terminauit. Tot numero taliq; deus simulacra figura. Imposuit celo perq; atras sparsa tenebras. Clara prunose iussit dare lũia nocti. Quod si fieri non põt: ut stelle dii sint. ergo nec sol qdem ac luna dii esse possunt. qm lũibus astroꝝ nõ rõe differũt: sed magnitudine. Quod si hi dii non sunt: ergo nec celũ qdem in quo illa omia continentur.

Naso

Xpus omdy

Qd nec terra nec aqua nec pars aliqua mũdi nec uniuersus ipse deus sit animatus sicut stoici mentiunt q qd astruunt. c.

Ca. VI

nostrũ: quin aut pater optimus diuũ: aut neptũnus pater: liber: saturnus pater: mars: ianus: quirinus pater sic et hoc dicat̃ ad unũ: quod si natura nõ patitur ut sint unius hominis plures patres. Ex uno enĩ ꝓcreatur: ergo deos etiã multos colere contra naturam est: contraq; pietatem: unus ergo colendus ẽ: qui potest ucrus pater nominari: Idem etiã dñs sit necesse est: quare sicut potest indulgere: ita etiã cohercere. Pater ideo appellandus est quia nobis multa & magna largit̃. Dominus ideo quia castigandi & puniendi habet maximã potestatem: Dominũ uero eundem esse qui sit pater: etiã iuris ciuilis ratio demõstrat. Quis enĩ poterit filios educare nisi habeat in eos potestatem: nec imerito paterfamilias dicit̃ licet tantũ filios habeat: uidelicet nomen patris: complectitur etiam seruos quia familiam sequit̃: et nomen familiẽ complectit̃ etiam filios quia pater antecedit. Vnde apparet eundẽ ipm et patrẽ seruorũ et dominũ filioꝝ. Demiq; et filius manumictit̃: tamq̃ et seruus liberatus patroni nomen accipit tanq̃ filius. Quod si ꝓpterea paterfamilias nominat̃ ut appareat eũ duplici potestate prẽditũ quia et indulgere debet quia pater est: et cohercere quia dominus: ergo idẽ seruus est q et filius: et idem dñs qui et pater. Sicut igit̃ naturẽ necessitate nõ potest esse nisi unus pater: ita nec dñs nisi unus. Quid enim faciet seruus si multi domini diuersa impauerint. ergo contra rationẽ: contraq; naturam sunt religiones multoꝝ deoꝝ. Si quidem nec patres multi possunt esse: nec domini: deos autẽ & patres et dominos nũcupari necesse est. Teneri ergo ueritas nõ potest ubi homo idem multis patribus: dominisq; subiectus est. Vbi animus in multa dispersus huc atq; illuc diuaganẽ. Nec habere ullam firmitatẽ religio potest: quãdo certo & stabili domicilio caret. Cultus ergo deoꝝ ueri esse nõ possunt. Eodẽ modo matrimoniũ dici nõ potest: ubi mulier uiros multos habet: sed hec aut meretrix aut adultera nominabitur: a qua enĩ pudor: castitas: fides abest: uirtute careat necesse est: sic & religio deoꝝ impudica est & incesta quia fide caret: quia honos ille instabilis et ĩcertus caput atq; originem nõ habet. Qd sapientia spectat ad filios religio ad seruos & utrumq; fons deus unus solus & uerus qui iniquitatem abdicat filium & fugitiũ pur seruum

Ca. IIII

QVibus rebus apparet q̃ inter se coniuncta sint sapientia et religio: sapientia spectat ad filios quẽ exigit timorem: nam sicut illi patrem diligere debent & honorare: sic hi dominũ colere et uereri. Deus autẽ qui unus est quoniã utranq; ꝑsonam substinet & patris et dei: & amare eũ debemus quia filii sumus: & timere quia serui: non potest igitur nec religio a

sapientia seperari: nec sapientia a religione secerni: quia idē deus est: quia et intelligi debet: & quod est sapientia: et honorari quod ē religionis. Sed sapientia pręcedit: religio sequit̄: quia prius est deū scire: consequēs colere. Itaq; in duobus nominibus una uis ē: q̄uis diuersa esse uideant̄. Alterū enī positū est ī sensu: alterū in actu: sed tamē similia sunt duobus riuis uno fōte manantibus: Fons autē sapientię deus est: a quo hi duo riui si aberrauerit: arescāt necesse est: quem qui nesciūt nec sapientes esse possunt: nec religiosi. Sic fit ut philosophi: & qui deos colunt similes sint: aut filiis abdicatis: aut seruis fugitiuis: quia neq; illi patrem querunt: neq; hi dominū: et abdicati hereditatē nō assequunt̄: & fugitiui impunitatē. Ita neq; philosophi īmortalitatem accipiūt quę est regni cęlestis hereditas idest sūmum bonum quod illi maxime querūt: neq; cultores deorū poenā sempiternę mortis effugiēt: quę animaduersio ueri domini aduersus fugitiuos suę maiestatis ac nominis. Deum uero esse patrem: eundemq; dominū utriq; ignorauerūt tam cultores deorū q̄ ipsi ꝓfessores sapiētię: quia aut nihil omnino colendū putauerūt: aut religiones falsas approbauerunt: aut etiam si uim potestatemq; summi dei ītellexerunt: ut plato: qui ait unū esse fabricatorē mūdi deū. Et. M. Tullius qui fatetur hominē p̄clara quadā cōditione a summo deo esse generatū: tamen et debitū tanq̄ sūmo patri nō reddidēt: quod erat consequens atq; necessariū. Deos autē neq; patres neq; dominos esse non posse: nō tantū multitudo ut supra ostendi: sed etiā ratio declarat: qua neq; fictū esse ab his hominē tradit̄ neq; deos ipos ancedere originē hominis inuenit̄. Si quidem fuisse in terra homines anteq̄ uulcanus & liber & apollo: et ipe iupiter nascerentur apparet. Sed ne saturno fictio hominis: neq; cęlo patri eius assignari solet: quod si nullus eorū qui colunt̄ formasse a pricipio atq; instituisse hominem tradit̄. Nullus igitur ex his pater hominis nuncupari potest. Ita nec deus quidē. Ergo fas nō est: uenerari eos a quibus nō sit homo generatus: quia neq; a multis potest generari. Vnus igit̄ ac solus coli debet: qui iouem: qui saturnū: qui cęlum ipm: terramq; antecessit. Is enim necesse est hominē figurauerit: qui ante hominē cęlū terrāq; perfecit. Solus pater uocandus est qui creauit solus dominus nūcupandus: qui regit: qui habet uitę ac necis uerā ac ꝑpetuam potestatē: quē q nō adorat et īsipiens seruus est qui deū suū aufugiat: et impius filius qui suū uerū patrē uel oderit uel ignoret. Quod oracula ꝓphetarū sollicite inspicienda sunt qd dicuntur esse locuta rerū multo ante predictarū conuenieuentur Et quotpre ꝓphetauerit Moses quot annis Ioine

exercit populum Quo tempore dominatus Cirus qd in philosophis est sapientiae fundamentu

Ca. V.

NVnc quoniã docui sapientiam & religionem nõ posse deduci: supest ut de ipa religione ac sapientia disseramus. Sentio quidẽ q̃ sit difficilis de rebus celestibus disputatio: sed tamẽ audiendũ ẽ ut illustrata ueritas pateat. Multiq; ab errore atq; interitu liberentur qui eam sub uelamento stultitiae latentem aspernantur ac respuũt: Sed priusq̃ incipiam de deo et opibus eius dicere: pauca mihi de ꝓphetis ante dicẽda sunt quoꝝ testimoniis nũc uti necesse est: quod in prioribus libris ne facerẽ temperaui. Ante oia qui ueritatẽ studet comphendere: nõ modo intelligendis ꝓphetarũ uocibus animũ debet intẽdere: sed etiã tempora p quae quisq; illoꝝ fuerit diligẽtissime inquirere: ut sciat & quae futura pdixerunt: et post quot annos praedicta cõpleta sint. Nec difficultas in his colligendis inest ulla. Testati enim sunt sub quo qsq; rege diuini spiritus fuerit passus instinctũ: multiq; scriptos libros de temporibus ediderunt: initiũ facientes a ꝓpheta moyse q troianũ bellũ septingẽtis fere annis antecessit. Is autẽ quom p annos quatragita populũ rexisset: successorẽ habuit ihesum: qui septem & uiginti annis tenuit principatum. Exinde sub iudicibus fuerunt p annos tricentos septuaginta. Tum mutato statu reges habere coperũt: quibus impiũ tenentibus p annos quatringẽtos sexaginta usq; ad sedechiae regnũ oppugnati a rege babilonio: captiq; iudei diuturnũ seruitiis protulerunt: donec septuagesimo post anno cyrus maior captiuos iudeos terris ac sedibus suis redderet: q p id tẽpus in persas suscepit impiũ: quo romae tarquinius superbus. Quare quom oĩs temporꝝ series ex iudaicis: & ex graecis romanisq; historiis colligar: etiam singuloꝝ ꝓphetarꝝ tempora colligi possunt: quoꝝ tamẽ ultimus Zacharias fuit: quem constat sub Dario rege: secundo anno regni eius: octauo mense cecinisse. Adeo antiquiores esse graecis scriptoribus ꝓphetae reperiũtur. Quae omnia eo ꝓfero ut errorẽ suũ sentiant: qui scripturam sacrã coarguere nituntur: tanq̃ nouã & recens fictam: ignorãtes ex quo fonte sanctae religionis origo manauerit. Quod si quis collectis ꝓspectisq; temporibus fidamentũ doctrinae salubriter iecerit: & ueritatẽ penitus cõprehenderet: & errorem cognita ueritate deponet. Quod deus creator omnium coomipotentem genuit filiũ & Pereum creauit uniuersa testes sunt Sibilla & Trismegistus oracula consona ꝓphetis & sapienti.

Ca. VI.

DEus igitur machinator cõstitutorq; rerꝝ sicuti i secundo libro diximus: anteq̃ praeclaꝝ hoc opus adoriretur: sanctum & incorruptibilẽ

et comphensibilem spiritũ genuit quẽ filiũ nũcuparunt. Et q̃uis alios postea
inumerabiles p ipm creauisset quos ãgelos dicimus: hũc tamẽ solum pmo-
genitũ diuini noĩs appellatione dignatus est patria scilicet uirtute ac ma-
iestate pollẽtem. Esse autẽ summi dei filiũ qui sit potestate maxima pdicus:
nõ tantũ congruẽtes ĩ unũ ꝓphetaꝝ uoces: sed etiã Trimegisti prędicatio:
et sibillaꝝ uaticinia demonstrãt. Hermes in eo libro qui
inscribitur: his usus est uerbis.

idest: dominus & omniũ creator: quẽ deum uocare censemus: quia secũdũ
deum fecit uisibilẽ et sensibilem: sensibilem autẽ nõ ideo quia ipe sentit dicit
hoc enĩ nõ est utrũ ipe sentiat: sed quia in sensus & mentẽ. Qui ergo eũ fecit
primum & unũ & solum: bonus ei usus est & plenissimus omniũ bonorũ:
sanctificauitq; et amauit quasi filiũ. Sibilla erithrea ĩ carminis sui principio
quod a summo deo exorsa est: filiũ dei ducẽ & impatorem omniũ his uer-
sibus pdicat.
Idest omniũ nutritorẽ: creatoremq; qui dulcem spiritũ omnibus apposuit:
ac principem omnium deorum fecit. Et rursus in fine eiusdem carminis.
Idest altez
dedit deus fidelibus uiris honorẽ ipm tuũ cognosce deum q dei filius est. Et
alia sibilla prędecepit hũc oportere cognosci
Videlicet: ipe dei filius qui p salamonem sapiẽtissimũ regem diuino spiritu
plenum loquutus est: Eaq; subiecimus. Deus condidit me in initio suaꝝ uiaꝝ
in opera sua ante sęcula fũdauit me ĩ principio anteq̃ terram faceret: anteq̃
abissos constitueret: priusq̃ ꝓderent fontes aquaꝝ: ante omnes colles ge-
nuit me: dominus fecit regiones et terras ĩhabitabiles sub cęlo. Quom pa-
raret cęlos aderam illi: et quom secerneret suã sedem: quom sup uentos fa-
ceret ualidas nubes: & quom confirmatos poneret montes sub cęlo: quã-
do fortia faciebat fundamẽta terrę: erã penes illũ disponens: ego erã quoi
adgaudebat: quotidie autẽ iocũdabar ante faciẽ eius: quom letarenẽ orbe
pfecto: Iccirco autẽ trimegistus conditorẽ dixit Et sibilla consiliariũ appel-
lat: qui tanta sapientia sit istructus a deo patre ut consilio et manibus ute-
rẽ in fabricatione mundi. Quod nome filij & angeli aut hom
nibus sit ignotũ licet nomẽ habeat quod abuiuiq adorat
& unde dicatur iheiu & unde christus

Ca. VII.

Fortasse quęrat aliqs hoc loco: quis sit iste: tam potēs: tā deo carus: et quod nomen habeat cuius prima natiuitas: non modo antecessit mundū: uerū etiā prudētia disposuerit: uirtute cōstruxerit. Primū nos scire cōuenit nomen eius ne angelis quidē notū esse qui morat̄ ī cęlo: sed ipi soli ac deo patri nec ante id publicabit̄: ut ē sanctis litteris traditū q̄ dispēsatio dei fuerit impleta. Deinde nec enunciari posse hominis ore: sicut docet hermes hęc dicens.

idest. causa autem huius causę diuini boni uolūtas cuius nomen nō potest huāno ore fari. Et paulo post ad filiū. Est enī fili secretus qdā sermo sapientię sanctū de solo dño omniū. Et qui ante mente capit̄: quē dicere supra hoīem est. Sed q̄is nomen eius quod ei a principio pater summus imposuit: nullus alius ꝑter ipm sciat: habet tamē & iter angelos aliud uocabulū: & iter homines aliud. Ihesus quippe inter homines nominat̄. Nam christus non ꝓpriū nomen ē nūcupatio potestatis & regni. Sed exponenda huius nois ratio est: ꝓpter ignorantiā errorem q eū mutata littera crestū solēt dicere. Erat iudeis ante ꝑceptum ut sacrum conficerēt unguentū quo pungi possēt hi qui uocabant̄ ad sacerdotū uel ad regnū. Et sicut nūc romanis idumētū purpurę insigne ē regię dignitatis assumptę sic illis unctio sacri unguēti nomen ac potestatem regiā conferebat. Vex quoniā greci ueteres sicut indicat homericus uersus ille quos ꝓpiriabant unxerunt oleo: grece.

idest. Hunc autē famuli lauerunt et unxerūt oleo: ob hāc rationem nos eum christum nuncupamus idest unctū: qui hebraice messias dicitur. Vnde in qbusdam grecis scripturis quę male de hebraicis interpetratę sunt idest ungendo creatus: scriptus inuenitur idest ab ungendo curari. Sed tamē utrolibet nomine rex significatur. Non quod ille regnum hoc terrenū fuerit adeptus: cuius capiēdi nō dum tempus aduenit: Sed quod cęleste ac sempiternū est de quo disserimus in ultimo libro: nūc uero de prima eius natiuitate dicamus. Qd filius hu natus est eternaliter de pre temporaliter de uirgine mre sed [illegible] inuestigabilū & ineffabilū Et quae dicatur uerbū & in quo ab alijs [illegible] distinguat & quae illa no dicatur uerbum dei uel uerba Et q̄re hms [illegible] dulcolubilis Et quod dicunt & salomon ꝓphetauerunt de hoc uerbo Et q ha c.

Ca. VIII.

Imprimis enī testificabimur illū bis esse natū: primū ī spiritū postea in carne. Vnde apud hieremiam ita utitur: Priusq̄ te formarem in utero noui te: Et itē apud ipm: Beatus qui erat anteq̄ nascerē: quod nulli

alii contigit ꝑter christo: qui quom esset a ꝑncipio filius dei regeneratus est denuo secũdum carnem: quę duplex natiuitas eius: magnũ ꝑtulit humanis pectoribus errorẽ: circũfudit q̃ tenebras ex his quę uere religionis sacramẽta retinebãt. Sed nos id plane dilucideq̃ mõstrabimus ut amatores sapiẽtię facilius ac diligentius ĩstruanẽ: qui aut dei filiũ dici nõ debet tantũ nefas mente concipere ut ex cõnubio ac ꝑmixtione femĩnę alicuius deũ ꝓcreasse: quod nõ facit nisi animal corporale mortiq̃ subiectũ: deus autem quom solus adhuc esset quoi ꝑmiscere se potuit: aut quom esset tãtę potestatis ut quicqd uellet efficeret: utiq̃ ad creandũ societate alterius nõ ꝑdigeret: nisi forte existimabimus deũ sicut orpheus putauit: & marem esse & fęmĩnã q̃ aliter generare non querit: nisi haberet uim sexus utriusq̃: quasi aut ipe secũ coiret: aut sine coitu nõ potuerit ꝓcreare. Sed hermes ꝑ eadẽ fuit opinione: quom dicit. Quid si ita esset ut a ꝓphetis pater dicitur: sic etiã mater diceretur. Quomodo igitur ꝓcreauit? Primũ nec sciri a quoq̃ possunt: nec narrari opera diuina: sed tamen sanctę lictere docent ĩ quibus tantũ est: illũ dei filiũ: dei esse sermonẽ. Item q̃ ceteros angelos dei spiritus esse. Nam sermo est spiritus cũ uoce aliqd significante ꝓbatus. Sed tamen quoniã spiritus & sermo diuersis ꝑtibus ꝓferunt: si qdẽ spiritus naribus: ore sermo ꝓcedit: magna ꝑter hunc dei filium ceteros q̃ angelos differentia ẽ. Illi enĩ ex deo taciti spiritus exiert: q̃ nõ ad doctrinã dei tradendã sed ad ꝑministeriũ creabant. Ille uero quom sit et ipe spiritus: et tamen cũ uoce ac sono ex dei ore ꝓcessit: sicut uerbũ ea ratione: quã uoce eius ad populũ fuerat usus: idest quod ille magister futurus esset doctrinę dei: & celestis archanã ad hominẽ ꝑferendi: quod ipm ꝑmo loquutus ẽ: ut per eũ ipe ad nos loquereẽ. Et ille uocem dei ac uolũtatem nobis reuelaret. Merito ergo sermo ac uerbũ dei dicitur: qui ꝓcedentẽ de ore suo: uocalem spiritũ quem nõ utero sed mente concepat: ĩexcogitabili quadã maiestatis suę uirtute ad effigiem quę ꝓprio sensu ac sapientia uigeat: comꝑhendit: et alios item spiritus ĩ angelos figurauit. Nostri spiritus dissolubiles sũt quia mortales sumus: dei autẽ spiritus & uiuũt et manent & sentiũt qa ipe immortalis est: et sensus & uitę dator. Nostrę uoces licet aure misceantur atq̃ euanescant: tamen plerũq̃ manent litteris comprehẽsę: q̃to magis dei uoce cõprehendendũ est: & manere ꝑ eternũ et sensu ac uirtute comitari quã de deo patre tanq̃ riuus de fonte traduxit. Quod si quis miraẽ ex deo deũ ꝓlatione uocis ac spiritus potius se generari: si sacras uoces prophetarũ cognouerit desinet ꝓfecto mirari salomonẽ patremq̃ eius dauid poterissimos

reges fuisse et eosdem ꝓphetas: etiã his fortasse sit notũ qui diuinas litteras
nõ attigerit: quoꝝ alter qui posterius regnauit troianę urbis excidiũ centũ
et quadraginta annis antecessit: Huius pater diuinoꝝ scriptor imnorum ĩ
psalmo trigesimosecundo sic ait. Verbo dei cęli solidati sũt: & spũ oris eius
omnis uirtus eoꝝ. Item rursus in psalmo quatragesimoquarto. Eructauit
cor meũ uerbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Constat uidelicet nulli alii
opa dei esse nota nisi filio soli qui est uerbum dei: & quẽ regnare in ꝑpetuũ
necesse est. Item salomon ipm uerbum dei esse demonstrat: cuius mambus
opera ista mundi fabricata sunt. Ego inquit ex ore altissimi ꝓdiui ante oẽm
creaturã: ego in cęlis feci ut oriretur lumẽ indeficiens: & nebula texi omnem
terrã. Ego in altis habitaui & thronus meus in columna nubis. Iohannes
quoq; ita tradidit: In ꝓncipio erat uerbũ: & uerbum erat apud deũ: oia
ꝑ ipm facta sunt: & sine ipo factũ ẽ nihil. Quod melius a grecis logos
q a latinis uerbum Et quid de deo senserunt gentiles phizeno &

Ca ix

SEd melius greci ΛΟΓΩC dicunt q̃ nos uerbũ siue sermonem ΛΟ-
ΓΩC eni & sermonẽ significat et rationẽ: quia ille est uox & sapiẽ-
tia dei: hunc sermonẽ diuinũ: ne philosophi quidem ignorauerit: sed qdem
Zenon rex naturę dispositorẽ atq; opificem uniuersitatis
prędicat: quẽ & fatũ & necessitatẽ rex et deũ & animũ iouis nũcupat eas
consuetudine qua solent iouẽ ꝓ deo accipere: sed nihil obstãt uerba: quom
sententia cõgruat ueritati. Est eni spiritus dei quẽ ille animũ iouis noiauit.
Nam trimegistus q ueritatẽ pene uniuersam nescio quomodo inuestigauit:
uirtutẽ maiestatemq; uerbi sepe descripsit: sic declarat illud supius exempli
quo fatetur esse ieffabilẽ quendã sanctũq; sermonẽ cuius enarratio modũ
hoĩs excedat. Dixi de natiuitate ꝑma breuiter ut potui. Nunc de secũda:
quoniã controuersia est ĩ ea maxime disserẽdũ est: ut ueritatẽ scire cupien-
tibus lumẽ intelligentię ꝓferamus. De secunda natiuitate filij qua
pphete multo ante pdixerunt Et quo eductus israhel abe
gipto Et quibus ingratus beneficijs caput bouis in memo
riam apũ dei egiptioꝝ figurauerit Et quis ordo publicaꝝ

Ca x

IN primis igitur scire hoĩes oporter sic a ꝓncipio ꝑcessisse dispositõnem
summi dei: ut esset necesse appropiquãte sęculi termino dei filiũ de-
scendere in terrã ut constitueret deo templũ doceretq; iusticiã: uerꝝ tamẽ nõ
in uirtute angeli aut potestate cęlesti sed in figura hoĩs et conditione mor-
tali & quom magisterio finctus fuisset traderetur ĩ manus impioꝝ: mortẽq;
susciperet: ut ea quoq; per uirtutẽ domita resurgeret: et hõi quẽ induerat:

quē regebat: & ſpem uincendę mortis afferret: & ad prēmia īmortalitatis admitteret. Hanc ergo diſpoſitionē ne quis ignoret docebimus p̄dicta eſſe oīa quę ī chriſto uidemus eſſe cōpleta. Nemo aſſeuerationi noſtrę fidem cōmodet: miſi oſtēdero ꝓphetas ante multam tempoꝝ ſeriem prędicaſſe: fore ut aliquādo filius dei naſcerētur ſicut homo: & mirabilia faceret: & cultū dei p̄ totā terram ſeminaret: et poſtremo panbulo figerētur et tercio die reſurgeret. Quę oīa quom ꝓbauero eoꝝ tempoꝝ litteris q̄ ęlū ſuum mortali corpe uiuentē uiolaueřt. Quid aliud obſtabit quomīnus uerā ſapientiā: clarꝝ ſit ī hac religione uerſari. Nunc a p̄ncipio totius ſacramenti origo narranda ē. Maiores noſtri qui erāt p̄ncipes hebreoꝝ quom ſterilitate atq; īopia laborarēt: tranſierūt īn ęgiptū rei frumentarię gratia ibiq; diutius cōmorātes ītollerabili ſeruitutis iugo prēmerentur: tum miſertus eoꝝ deus eduxit eos ac liberauit de manu regis egiptioꝝ: poſt ānos tricētos trigīta: duce moyſe: p̄ quem poſtea illis lex a deo data eſt: īn qua eductione oſtendit uirtutē ſuę maieſtatis deus. Traiecit enī populum medio mari rubro p̄cedēte angelo atq; ſcindente aquā: ut populus p̄ ſiccū gradi poſſet: quē uerus ut ait poeta. Curuata īn mōtis faciem circūſtetit unda. Qua re audita tirānus ęgiptioꝝ cū magna ſuoꝝ manu īnſequutus ē. Et mare adhuc patens temere īgreſſus cocuntibus aquis cum exercitu deletus eſt. Hebrei uero egreſſi ī ſolitudīne multa mirabilia uiderūt. Nam cū ſitim paterentur ictu uirgę rupe pcuſſa: ꝓſiliit fons aquę populūq; recreauit: quo rurſus exuriēn cęleſtis alimēti pluuia deſcendit: quin etiā coturnices īn caſtra eoꝝ uētus īduxit: ut nō modo cęleſti ſed etiā īnſtructioribus epulis ſaturarentur. Pro his tam diuīnis beneficiis honorē deo nō reddiderūt: ſed depulſa iā ſeruitute: iā ſiti fameq; depoſita: īn luxuriā ꝓlapſi ad ꝓphanos ęgiptioꝝ ritus animos trāſtulerunt. Quom enī moyſes dux eoꝝ aſcendiſſet ī montē atq; ibi quatragīta diebus morareturē: aureum caput bouis quē uocāt ipī apim quod eos p̄cederet figuraūt. Quo peccato ac ſcelere offēſus deus impiū & īgratū populū ꝓ merito pęnis grādibus affecit: & legi quam p moyſen dederat ſubiugauit. Poſtea uero quom īn deſerta quadā parte ſyrię condidiſſēt: amiſeřt uetus nomen hebrei. Et quoniā princeps eoꝝ examinis Iudas erat: iudei ſunt appellati: et terra quā īncoluere iudea. Et p̄mo quidem: nō dominio regū ſubiecti fuerunt: ſed populo ac legi ciuiles iudices p̄ſidebant nō tamē ī ānum cōſtituti ſicut romani conſules: ſed ꝑpetua iuriſditione ſubmixi. Tum ſublato iudicū noīe poteſtas regalis īducta eſt. Veꝝ regimē eoꝝ iudicibus tenētibus prauas religiones ſepe ſuſceperāt atq; offenſus ab his deus totiens alienigenis

subiugabat: donec rursus penitẽtia populi mitigatus liberat eos seruitute. Item sub regibus finitimorꝫ bellis ob delicta uexati. Postremo capti abductiq; babilonẽ poenas impietatis suę grauí seruitio pependerẽt: donec cyrus uenirет ĩ regnũ q statum iudeos restituit edicto. Exinde tetrachas habuerẽt usq; ad herodem qui fuit sub impio Tiberii cesaris cuius anno quintodecimo idest duobus geminis consulibus ante diem decimũ kalendarũ aprilíũ iudei christum crucí affixerẽt: hic reꝫ exitus. hic ordo in archanis sanctaꝫ litteraꝫ cõtinetur: sed prius ostendam qua de causa ĩ terrã uenerat christus ut fundamentũ diuinę religionis & ratio demonstrat.

Ca XI

Quę fuerit causa incarnationis christi

QVom sepe iudei peceptis salutaribus repugnarent atq; a diuina lege desciscerent aberrantes ad impios cultus deorꝫ: quom deus iustos et electos sancto spiritu implebat ꝓphetas in media plebe constituẽs ꝑ quos peccata ingrati populi uerbis minacibus increparet & nihilominus ad penitentiã sceleris agendã hortarenẽ: quã nisi egissent: atq; abiectis uanitatibus ad deũ suũ redissent: fore ut testamentũ suũ mutaret idest hereditatem uitę ĩmortalis ad externas cõuerteret nationes. Aliũq; sibi populum fideliorẽ ex alienigis cõgregaret. Illi autẽ a ꝓphetis increpiti: nõ modo uerba eorꝫ respuerẽt: sed quod sibi peccata exprobarenẽ offensi eos ipos exquisitis cruciatibus necauerẽt: quę oia diuinę litterę signata conseruãt. Dicit enim ꝓpheta hieremias ad uos seruos meos ꝓphetas ante lucem mittebã: & non audiebatis me: neq; intẽdebatis auribus uestris quom dicerẽ uobis: conuertãt unusquisq; a uia sua mala: et a nequissimis affectationibus uestris: et habitabitis in terra ista quã dedi uobis et patribus uestris a seculo usq; in seculũ: Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis. & ne incitetis me ĩ opibus manuũ uestraꝫ ad disperdendos uos. Hesdras autẽ ꝓpheta q fuit eiusdem cyri temporibus a quo iudei sunt restituti sic loquitur. Desciuerẽt ate & abiecerũt legem tuã post corpus suũ: et ꝓphetas tuos interfecerẽt qui obtestabanẽ eos ut reuerterentur ad te. Item helias in libro basilion tertio: Emulando emulatus sum dño deo omnipotẽti quia dereliquerẽt te filii israel et altaria tua demolierẽt: & ꝓphetas tuos interfecerẽt gladio et remansi ego solitarius. et querũt animã meã aufferre a me: ꝓpter has illorꝫ impietates abdicauit eos in perpetuũ: itaq; desiit ꝓphetas mittere ad eos: sed illũ filiũ suũ ꝑmogenitũ illũ opificẽ reꝫ et consolatorẽ suũ labi iussit e cęlo ut religionẽ sanctã dei transferret ad gentes idest ad eos qui deum ignorabãt: doceretq; iustitiã quã pfidus populus abiecerat quod iã pridem ãnunciauerẽt

se esse factum. Sic malachias indicat dicens: nõ est mihi uolũtas circa uos dicit dñs: et sacrificiũ acceptũ nõ habeo ex manibus uestris: quoniã a solis ortu usq; ad occasum clarificabit nomẽ meum apud gentes. Item dauid in psalmo sextodecimo: Constitues me in caput gentiũ: populus quẽ cognoui seruiet mihi. Isaias quoq; sic loquit: uenio colligere ones gentes et linguas et uenient: et uidebunt claritatẽ meã: et dimictã sup eos signũ Et mittam ex his conseruatos in gentes que longe sunt que nõ audierãt gloriam meã: et nũciabũt claritatẽ meã i gentes. Volens igit deus metatorẽ templi sui mittere in terrã noluit eum i potestate & claritate celesti mittere: ut ingratus in deũ populus in errorẽ maximũ inducerẽt: ac penas ꝓ facinoribus suis lueret qui dominũ ac deum suũ nõ recepisset: quod olim ꝓphete cecinerãt sic esse factum. Isaias enim quẽ ipi iudei serra consectũ crudelissime necauerẽt: ita dicit. Audi celum & percipe auribus terra: quoniã dñs loquutus ẽ: filios genui & exaltaui: ipi autẽ spreuerẽt me. Agnouit bos possessorẽ suũ: & asinus pspiũ dñi sui: israhel autẽ me nõ cognouit: et populus meus me nõ intellexit. Iheremias quoq; similiter ait. Cognouit tẽpus suũ turtẽ et hirundo: et turtur & passeres custodierẽt tpa introitus sui: populus autẽ meus non cognouit iudiciũ dñi. Quomodo dicitis sapientes sumus & lex dñi nobiscũ est. In cassum facta ẽ metatura falsa. Scribe confusi sunt: sapiẽtes trepidauerẽt & capti sunt: quoniã uerbũ domini reprobauerẽt. Ergo ut ceperã dicere: quom statuisset deus doctorẽ uirtutis mittere: ac renasci eũ denuo in carne pcepit & ipi homini similem fieri: cui dux et comes & magister esset futurus: sed tamẽ quoniã clemẽs est et pius erga suos deus ad eos ipos eum misit quos oderat: ne illis in ppetuũ salutis uiã clauderet: sed his liberã facultatẽ sequẽdi deum ut pmiũ uite adipiscerentẽ si sequi fuissent: quod plurimi eorum faciũt atq; fecerẽt: ut culpa sua in penã mortis incurrerẽt: si regem suũ repudiasset. Apud illos igit & ex eorum semine regenerari eum iuxit: ne si fuisset alienigena iustã possent excusationẽ de lege ptendere: quod eũ non suscepisset simul ut nulla omnino gens esset in terra: cui spes immortalitatis negaretur. De conceptu & partu uirginis prouidto appbetis

Ca XII

De passione resurrectione & ascensione & iudicio

Descendẽs itaq; de celo spiritus ille spiritus dei sanctã uirginẽ cuius utero se insinuaret elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta cõcepit ut sine ullo attactu uiri repente uirginalis uterus itumuit. Quod si animalia quedã uento & aura concipe solere omnibus notum est: quor quisq; mirum putet cum spiritu dei cui est facile quod uelit grauatã esse uirginem

dicimus. Quod sane incredibile posset uideri: nisi hoc futurũ multa ante sęcula ꝓpheꝰ cecinissent. Salomon sic ait. Infirmatus est uterus uirginis & accepit fœtum: & grauata est: et facta ē in multa miseratione mater uirgo. Item ꝓpheta Isaias cuius uerba sũt hęc. Propter hoc dabit deus ipse uobis signũ. Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filiũ et uocabit nomẽ eius hemanuel. Quid hoc manifestius dici potest. Legebãt ista iudei qui eũ negauerẽt. Si quis nos hęc fingere arbitrarẽ ab his requirat: ab his potissimũ sumat: satis firmũ testimoniũ est ad ꝓbandã ueritatẽ quod ab ipsis phibetur inimicis. Hemanuel nũq̃ uocatus est: sed ihesus qui latine dicit̃ salutaris siue saluator: qa cũctis gẽtibus salutifer uenit: sed ꝓpheta declarauit hoc noie quod deus ad hoies i carne uenturus esset. Hemanuel autẽ significat nobiscũ deus: silicet quia illo p uirginẽ nato cõfiteri hoies oportebat: deũ secum esse idest in terra & in carne mortali: Vnde dauid i psalmo octuagesimoq̃rto. Veritas inquit de terra orta est: quia deus i quo ueritas ē: terrenũ corpus accepit: ut terrenis uiã salutis aperiret. Item Isaias ipse: ipi autẽ nõ crediderẽt et exacerbauerẽt spiritũ sanctũ. Et cõuersus est eis ad inimicitiam. Et ipse expugnauit & recordatus ē dieꝝ sęculi q suscitauit de terra pastorẽ ouiũ. Quis autẽ futurus esset: ille pastor declarauit alio loco dicens. Exultent cęli desup & nubes induãt iusticiã: aperiat̃ terra & pululet saluator. Ego enim dns deus creauí eum. Saluator uero est ut supra diximus yhesus: Sed alio loco idem ꝓpheta sic ꝑdicauit. Ecce natus est nobis puer: & datus ē nobis filius cuius impiũ sup humeros eius: & uocatũ est nomẽ eius magni cõsilii nũtius. Iccirco enĩ missus est a deo patre ut uniuersis gentibus quę sub cęlo sunt singularis & ueri dei sanctũ misteriũ reuelaret ablatũ pfido populo q̃ aduersus deũ sępe deliquit. Danihel quoq; similia ꝓlocutus ē. Videbã inqt in uisu noctis: et ecce i nubibus cęli ut filius hois uenies & usq; ad uetustũ dieꝝ puenit. Et qui assistebãt obtulerẽt eum: et datũ est ei regnũ & honor et impiũ: et ois populus tribus lingue seruient ei: et potestas e terra quę nũq̃ transibit: et regnũ eius quod nõ corrumpet̃. Quomodo igit̃ iudei et confitenẽ & sperãt christum dei qui hũc iccirco reprobauerẽt quia ex hoie natus est. Nam quom ita sit a deo constitutũ ut idem christus bis ueniat i terrã: semel ut unũ deum gentibus nunciat: deinde rursus ut regnet: quomodo i secundũ eius aduentũ credunt qui in ꝑmum nõ crediderẽt. Atquin ꝓpheta utroq; aduẽtus eius paucis uerbis comꝑhendit. Ecce inquit i nubibus cęli ut filius hois uenies: nõ dixit ut filius dei sed ut filius hois ut ostẽderet qui carne indui haberet in terra ut suscepta hois figura et conditione mortali

doceret hoīes iustitiā. Et quom mādatis dei functus ueritatē gētibus reue-
lasset: mulctarētur etiā morte: ut inferos etiā uinceret ac resignaret. Atq; ita
demū resurgēs ad patrem ꝓficiscerētur in nube sublatus. Adiecit enī ꝓpheta
et ait: et usq; antiquū dieꝝ puenit: et oblatus est ei. Antiquū dieꝝ appella-
uit summū deum cui et origo nō potest comphendi quia solus a sęculis ab-
fuit & erit semp ī sęcula. Christū autē post passionē et resurrectionē ascēsuꝝ
esse ad deum patrē. Dauid ī psalmo cētesimonono cōtestatus ē his uerbis.
Dixit dominus dño meo sede a dextris meis: quoadusq; ponā iimicos tuos
suppedaneū pedū tuoꝝ: qui ꝓpheta quom rex esset quē appellare dñm suū
posset q sederet ad dexterā dei nisi christū filiū dei qui est rex regum et do-
minus dominoꝝ. Quod isaias aptius ostēdit dicens. Sic dicit dñs deus xpo
dño meo cuius tenui dexterā obaudire an eum gētes & fortitudinē regum
disrumpā. Apiam ante illū portas et ciuitates nō claudenē. Ego ante te ibo
et montes deplanabo et fores ęreas conterā: & seras ferreas confringam.
Et dabo tibi thesauros abscōditos et inisibiles ut scias quia ego sum dñs de-
us q uoco nomē tuū israhel. Demq; ob uirtutē et fidem quā deo exhibuit ī
terra datū est ei regnum & honor & impiū et omnes populi tribus linguę
seruiēt ei: et potestas eius ęterna quę nūq transibit: et regnum eius nō cor-
rumpētur. Quod quidē duobus modis intelligīt quia & nūc habet ꝓpetuam
potestatē quom omnes gentes et omnes linguę nomen eius ueneranē: ma-
iestatē confitenē: doctrinā sequunē: uirtutē imitantur. habet impiū: habet
honorē: quom omnes tribus terrę ꝓceptis obtēperant. Et idē postea quom
rursus aduenerit in potestate ac claritate ut omnē animā iudicet: et iustos
ad uitam restituat: tunc uere totius terrę regimē obtinebit. Tunc sublato
de rebus humanis omni malo aureū seculū ut poetę uocant idest iustum ac
pacificū tempus orietur: sed hęc uberius in ultimo libro disserenus quom de
secundo aduētu loquemur: nunc de ꝑmo ut cępimus explicemus. Quod
filius a pre est secundum deitate. Et q gemit substantie
esse conuincitur tum ex operibus propriis: tu ex oraculis. c

Ca XIII

SVmmus igitur deus ac parens omniū quom religionē suā transferre
uoluisset doctorē iustitię misit e cęlo ut nouis cultoribus nouā legē
in eo uel ꝑeū daret nō sicut ante fecerat ꝑ hoīem: sed tamē nasci eum uoluit
tanq hoīem: ut ꝑ oīa sūmo patri similis existeret. Ipse enī deus pater & ori-
go et principiū reꝝ quoniā et parētibus caret.
idest sine patre atq; sine matre Trimegisto uerissime noiatur quod ex nullo sit
ꝓcreatus. Iccirco etiā filiū bis nasci oportuit ut ipse fieret apator atq; ama-

tor. In pma eni natuitate sculi ametor fuit qa sine officio matris a solo deo patre ꝓgeneratus est. In secunda uero carnali apaton fuit quomiã sine patris officio uirginali utero ꝓcreatus: ut mediã iter deum et hoiem substãtiã gerens nostrã hanc fragilem ibeccillẽq; naturã quasi manu ad ĩmortalitatẽ posset educere: factus est dei filius p spiritũ: et hoĩs p carnem: idest & deus et homo: dei uirtus ín eo ex opibus quę fecit apparuit fragilitas hoĩs' ex passione quã prulit: quã cur suscepit paulo post docebo. Intregy et deum fuisse testatẽ his uerbis. Fatigata ẽ egiptus et negotiatio ethiopũ et saba uiri alti ad te transgredientẽ: et tui erunt seruu & post te ambulabũt iuncti compedibus et adorabũt et te p̃cabunt quomiã ín te deus est. Et nõ ẽ alius deus preter te: tu enĩ deus es et nesciebamus deus israel saluator. Confundentẽ et reuerebuntẽ omnes qui aduersantẽ tibi & cadent ĩ confusionẽ. Item ꝓpheta Iheremias sic ait. Hic deus noster: et nõ deputabitẽ alius absq; illo: q̃ inuenit omnẽ uiam prudentie et dedit eã iacob puero suo: et israel dilecto sibi post hoc ín terris uisus est: et cũ hoĩbus uersatus est. Item dauid ĩ psalmo q̃tragesimoquarto. Thronus tuus deus ĩ secula seculoy: uirga equitatis: uirga regni tui. Dilexisti iusticiã & odio habuisti iiustiriam: Propterea unxit te deus: deus tuus: oleo exultationis: quo uerbo et nomẽ ostendit: si quidẽ ut supra docui ab untione appellatus ẽ christus: deínde hoiem fuisse eundem. Iheremias docet dicens. Et homo est: et quis cognouit eum. Item Isaias: Et mittet eis deus hoiem et saluabit eos: iudicãs sanabit eos. Sed et Moises ín numeris ita loquitẽ. Orietur stella ex iacob et exurget homo ex israel: ꝓpterea Milesius apollo consultus: utrum ne deus an homo fuerit: hoc modo respondit grece.

ídest: mortali erat corpore sapiẽs: mõstrosis opibus: sed sub iudicibus caldeis armis comphensus clauis & fustibus amaxy finẽ cõplenit. Primo qdẽ uersu uey dixit: sed argute consultorẽ fefellit: sacram entũ ueritatis pęmtus nesciẽtem. Videt enĩ negasse illũ deum: sed quom fateẽ secundũ carnẽ fuisse mortalẽ: quod nos etiã: cõsequẽs ẽ ut secũdũ spiritũ deus fuerit: quod nos affirmamus. Quid enĩ fuerat necesse carnis facere mẽtionẽ: quom satis esset dicere fuisse mortalem: sed ueritate pressus negare nõ potuit: quẽadmodũ res se haberet: sicut illud quod ait fuisse sapiẽtẽ. Quid ad hoc apollo respõdes si sapiens est: ergo doctrina eius sapiẽtia est: nec ulla alia. Et sapiẽtes q̃ sequũtẽ nec ulli alii. Quor ergo uulgo ꝓstultis uanis & ieptis haberemur: qui sectamur magistrũ etiã ipoy deoy confessione sapientẽ: Nam quod ait

portentifica illũ opa fecisse: quo maxime diuinitatis fidem meruit: assenuri nobis iam uideẽ quom dicit eadẽ qbus nos gloriamur: sed colligit sc: tamẽ et ad demonicas fraudes redit. Quom enĩ uey necessitate dixisset: iã deoy ac sui ꝓditor uidebaẽ: misi quod ab eo ueritas exꝑsserat: mendacio fallente ꝯlasset. Ait ergo illũ fecisse opera mirãda: uey nõ diuina uirtute sed magica. Quid mirũ si hoc apollo ueritatem ignorantibus ꝑsuasit: quom iudei quoq; cultores ut uidebanẽ summi dei idẽ potuerẽt: quom ante oculos eorũ quotidie fierẽt illa miracula: nec tamen tantay uirtutũ contẽplatione ꝓpelli potuerunt: ut deum crederẽt quẽ uidebantur ꝓpter dauid quẽ iter ceteros ꝓphetas uel maxime legunt: ĩ psalmo uigesimo sic eos damnãt. Redde illis retributionẽ eoy quomã nõ intellexerẽt in opibus dñi. Ex huius ipsius domo christũ generatũ iri secundũ carnem & ipe dauid et alii ãnuntiauerũt: apud isaiam: ita scriptũ est. Et erit in die illa radix iesse et qui exurget ꝑncipari in nationes: ĩ eum gentes sperabũt: et erit requies eoy in honore. Et alio loco. Exiet uirga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet sup eum spiritus dei: spiritus sapiẽtię et intellectus: spiritus consilii et fortitudinis: spiritus pietatis: et ꝓplebit illũ spiritus timoris dei. Iesse autẽ fuit pater dauid ex cuius radice ascensurũ esse florẽ ꝑloquutus ẽ eũ silicet de quo sibilla dicit. idest florescit autẽ flos purus. Item in basilion libro secundo: ꝓpheta nathan missus est ad dauid uolentẽ deo templũ fabricare. Et fuit uerbum dñi ad nathan dicens. Vade et dic seruo meo dauid. hec dicit dñs omnipotens. Non tu hedificabis mihi domũ ad ihabitandũ: sed quom impleti fuerit dies tui & dormieris cũ patribus tuis suscitabo tuũ semẽ post te et parabo semẽ eius. hic ędificabit mihi in noie meo: et erigam thronũ eius usq; in sęculũ. Et ego ero ei i patrẽ et ipe erit mihi in filiũ: et fidem consequẽ domus eius usq; i sęculum. Sed hec ut iudei nõ itelligerẽt: illa fuit causa: quod Salomon filius dauid deo tẽplũ hędificauit: et ciuitatẽ quam de suo noie hierosolimã nuncupauit. Itaq; ad ipm quę a ꝓpheta dicta sunt retulerẽt. Salomõ autẽ ab ipo patre suo impii regimẽ accepit. Prophetę uero de eo loquebanẽ: q tamẽ nascereẽ postq̃ dauid cũ patribus suis reqeuisset. Preterea salomonis impiũ ꝓpetuũ nõ fuit. Annis enĩ quatragita regnauit: deinde quod nũq̃ filius dei dictus sit: sed filius dauid et domus quã hędificauit: nõ est fidem consequta: sicut ecclesia quę est uey templũ dei: quod nõ in parietibus est: sed in corde hoim ac fide: qui credunt in eũ ac uocanẽ fideles. Illud uero Salamonis tẽplum quia manu factũ est: manu cecidit. Deniq; pater eius in psalmo centesimo uige-

simo septimo de opibus filii sui ꝓphetauit hoc modo. Si dñs nõ hedificauerit domum: sine causa laborant q̃ hedificãt eã. Si dñs nõ custodierit ciuitatẽ: sine causa uigilant qui custodiũt eam. Doctrina christi sacerdotio qd ꝓphete iuꝑ & ꝑtra predixerunt sic exprimentes ihesum xpm ut oracula nec ad filium naue nec ad filium fosedech valeant retorqueri. Et de uiis quas docuit xpus c

Ca. xiiii.

QVibus ex rebus apparet ꝓphetas omnes denũtiasse de christo fore aliquãdo ut ex genere dauid corporaliter natus cõstitueret eternũ templum deo quod appellat̃ ecclesia et uniuersas gentes ad religionẽ uerã dei cõuocaret. Hec domus fidelis hoc ĩmortale templũ ni quo si quis nõ sacrificauerit: ĩmortalitatis prẃniũ nõ habebit. Cuius tẽpli & magni et eterni quoniã christus fabricator fuit: idem necesse est habeat in eo sacerdotiũ sempiternũ: nec potest nisi ꝑ eum qui cõstituit templũ ad aditũ tẽpli: & ad conspectũ dei puenire: Dauid in psalmo cẽtesimonono id ipm docet dicẽs. Ante lucifer genui te: Iurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es sacerdos ĩ eternum secundũ ordinẽ melchisedech. Item in basilion libro ꝑmo. Et suscitabo mihi sacerdotẽ fidelem qui oia que sunt ĩ corde meo faciat. Et hedificabo ei domũ fidelem & transibit in conspectu meo omnibus diebus. Qui autẽ futurus esset quoi deus eternũ sacerdotiũ pollicebat̃ Zacharias etiã noie posito aptissime docuit: sic eni dixit. Et ostendit mihi dñs deus yhesum sacerdotẽ magnũ stantem ante faciẽ angeli dñi: et diabolus stabat ad dexteram ipius ut aduersaret̃ ei. Et dixit dñs ad diabolũ: imperet dñs ĩ te qui elegit hierusalem: & ecce tituo eius ab Et ihesus erat induitus uestimentis sordidis et stabat ante faciẽ angeli et respõdit et dixit ad circũstantes ante faciẽ eius: ferte uestimẽta sordida ab eo et induite eũ tunica talari: et iponite cidarim mundã sup caput ipius. Et cooperuerẽt eum uestimẽto et imposuerẽt cidarim mundã sup caput ipius. Et angelus dñi stabat: et testificabat̃ ad eũ dicens: hec dicit dñs omnipotẽs. Si ĩ uiis meis ambulaueris: et ꝑcepta mea seruaueris: tu iudicabis domũ meã: et dabo tibi qui cõuertent̃ ĩ medio horũ circũstantiũ. Audi itaq; ihesu sacerdos magne. Quis nõ igit̃ captos mentibus tum fuisse iudeos arbitret̃ qui quom hec legerẽt et audirent nefandas manus deo suo intulerẽt. At quin ab eo tempore quo Zacharias fuit usq; ad annũ quintũ decimũ Tiberii Cesaris quo christus crucifixus ẽ: ãni quingẽti numeranẽt̃: si quidem Darii et Alexandri adoleuit etate qui fuerẽt nõ multo post q̃ Tarquinius supbus exactus est. Sed illi rursus eodẽ modo falsi decepti q; sũt putãtes: hec de yhesu esse dicta filio naue: qui successor fuit Mo-

isy: aut de sacerdote ybesu filio iosedech ī quos mhil congruit eorꝫ quę poeta narrauit. Non enī sordidati illi unq̃ fuerī: quom alter eorꝫ priceps potentissimus fuerit: alter sacerdos: aut ppessi sunt aliquid aduersi ut tāq̃ titio eiectus ex igne putarerē: aut aliquādo īn conspectu angelorꝫ stetērī: aut ꝓpheta de ꝑteritis loquebatur potiusq̃ de futuris. Loquutus est igitur de ybesu filio dei: ut ostenderet eū ꝑmo īn humanitate & carne esse uenturū: Hęc enī ē uestis sordida ut pararet templū deo: et sicut titio igni aburereē: idest ab hoibus cruciamēta ꝑferret: et ad ultimū extingueretur. Titionē enī uulgo appellant extractū foco torrē semiustum extinctū. Quomodo autē et cū qbus mandatis a deo mittereē īn terrā: declarauit spiritus dei ꝑ ꝓphetā docens futurꝫ ut cum uoluntate summi patris fideliter et constāter implesset accipet iudiciū atq; impiū sempiternū. Si īn uiis meis īnqt ambulaueris: & ꝑcepta mea seruaueris tu iudicabis domū meā. Quę fuerit ueri dei: et quę ꝑcepta eius: nec ambiguū nec obscurꝫ est. Deus enī quom uideret malitiā et falsorꝫ deorꝫ cultus ꝑ orbem terrę iualuisse: ut iā nomē eius ex hoīm memoria fuisset pene sublatū. Si quidem iudei quoq; quibus solis archanū dei creditū fuerat: relicto deo uiuo ad colenda figmēta irretiti demonū fraudibus aberrassent: nec īcrepitū ꝑ ꝓphetas reuerti ad deum uellent: filiū suū ꝑncipem angelorꝫ legauit ad hoies ut eos cōuerteret ab impiis et uanis cultibus ad cognoscendū et colendū uerꝫ deū. Item ut eorꝫ mētes a stultitia ad sapiētiā: ab iniquitate ad iustitię opa traduceret. Hę sunt uię dei īn qbus ambulare eum ꝑcepit: hęc ꝑcepta quę seruāda mandauit: ille uero exhibuit deo fidē. Docuit enī quod unus deus sit: eūq; solum coli oportere: ne ille unq̃ se deū esse dixit quia nō seruasset fidem si missus ut deos tolleret et unū assereret: et īnduceret alios uel aliū ꝑter unū. Hoc erat nō de uno deo facere ꝑconiū nec eius qui miserat: sed suū ꝓpriū negotiū gerere ac se ab eo quē illustraturus uenerat separare: ꝓpterea quia tam fidelis extitit quia sibi mhil ꝓrsus assūpsit ut mādata mictentis impleret et sacerdotis ꝑpetui dignitatē: et regis summi honorē: et iudicis potestatē: et dei nomē accepit. De baptismo xpi & miraculis quę gessit in carne ante passione quę no non modo apbetus prenunciata sunt s. & uaticinio Sibillarū. C. xv

Quoniā de secunda natuitate diximus qua se hoibus īn carne monstrauit: ueniamus ad illa opa mirāda quę quom essēt cęlestis iuritutis īnditia magnū iudei putauerī. Quom ꝑmū adolescere cępit tinctus ę a Iohanne ꝓpheta īn iordane flumine: ut lauacro spūali peccata non sua: quę utiq; non habebat: sed carnis quam gerebat aboleret: ut quē admodū

iudeos suscepta circũcisione: sic etiã gẽtes baptismo idest purifici roris pfusione saluaret: tũc uox de cęlo audita est: filius meus es tu: ego hodie te genui. Que uox apud dauid pdicta inuenitur et descendet sup eũ spiritus dei formatus ĩ speciẽ columbę candidę. Exinde maximas uirtutes cępit opari non prestigiis magicis quę nihil ueri ac solidi ostentant: sed ui ac potestate cęlesti quę et iam pdem ꝓphetis nũtiantibus canebaẽ. Quę opa tam multa sunt ut unus liber ad implẽda oia satis nõ sit. Enumerabo igitur illa breuiter et generatim sine ulla pſonarꝫ ac locorꝫ designatione. ut ad exponẽdã passionis eius crucisq; rationẽ possim puenire: quo iam dudũ festinat oratio. Virtutes eius fuerẽt: quas appollo portentificas appellauit: quod quacũq; iter faciebat egros ac debiles et omni morborũ genere laborãtes uno uerbo: unoq; momento reddebat ĩcolumes: adeo ut membris omnibus capti receptis repente uiribus ipi lectulos suos reportarẽt in qbus fuerãt paulo ante delati. Claudis uero ac pedũ uitio afflictis: nõ modo gradiẽdi sed etiã currẽdi dabat facultatẽ. Tum quorꝫ cęca lumina ĩ altissimis tenebris erãt: eorꝫ oculos in pristinũ restituebat aspectũ. Mutorꝫ quoq; linguas ĩ eloquiũ sermonẽq; solucbat. Itẽ surdorꝫ patefactis auribus insinuabat auditũ: pollutos ac asperos maculis repugnabat. Et hęc oia nõ manibus: aut aliq̃ medela: sed uerbo ac iussione faciebat: sicut etiã sibilla pdixerat.

idest: oia uerbo agens: omnẽ infirmitatẽ curãs: Nec utiq; mirꝫ quod uerbo faciebat mirabilia: quom ipe esset dei uerbum cęlesti uirtute submixũ. Nec satis fuit quod uires ĩbecillibus redderet: quod debilibus ĩtegritatẽ: quod egris & languẽtibus sanitatẽ: nisi etiã mortuos suscitaret: uelut e somno solutos: ad uitãq; reuocaret. Quę uidentes tũc iudei demoniaca potẽtia fieri arguebãt: quom oia sic futura ut facta sunt: archanę illorꝫ litterę cõtinerẽt. Legebãt qppe: tum aliorꝫ ꝓphetarꝫ: tum Isaię uerba dicẽtis: Confortamini manus resolutę: et genua debilia consolamini: Qui estis pusilli animi: nolite timere: nolite metuere: dñs noster iuditiũ retribuet: ipe metuet & saluos faciet nos: Tunc aperienẽt oculi cęcorꝫ: et aures surdorꝫ audient. Tunc saliet claudus sicut ceruus: et plana erit lingua mutorꝫ: quia rupta est ĩ deserto aqua: et riuus ĩ terra sitienti. Sed et Sibilla eadẽ cecinit his uersibus.

idest: mortuorꝫ autẽ surrectio erit: et claudorꝫ cursus uelox: Surdus audiet. Cęci uidebũt: Loquenẽ non loquẽtes. Ob has eius uirtutes: et opa diuina: quom magna illũ multitudo sequereẽ: uel debiliũ: uel egrotorꝫ: ul eorꝫ

qui curãdos suos offerre cupiebãt: ascendit in montẽ quendam descrtũ ut ibi adoraret: ubi quom triduo moraretur: ac fame populus laboraret. Vocauit discipulos querens: quãtos secũ cibos gestarent: At illi quinq; panes et duos pisces in pera habere dixerũt: Afferri ea iussit: ac multitudinẽ p quinquageõs distributã discumbere. Quod quom discipuli faciũt frangebat ipe panẽ minutatim: carnẽq; piscũ cõminuebat: et utraq; in manibus eius augebãt. Et quom apponere illa populo discipulis impasset: saturata sũt quinquemilia hoim et insup duodecẽ cophini residuis fragminibus ipleti. Quid aut dici aut fieri põt mirabilius? At id sibilla futuru cecinerat olim his uerb

idest. Panibus simul quinque & piscibus duobus: hominũ milia in heremo quinque satiabit: et reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorũ. Quero qd hic potuerit: ars magica moliri: cuius peritia: ad nihil aliud q̃ ad circumscribendos oculos ualet? Item secessurus orandi grã sicut solebat in montem precepit discipulis ut naiuculã sumerent: seq; pcederẽt: Atq; illi urgente iam uespere profecti: contrario uento laborare ceperunt. Quomq; iam mediũ fretũ tenerẽt: tũ pedibus mare ingressus consequutus est eos: tanq̃ in solido gradiens: non ut poetę Orionem mentiunt in pelago incedẽtem: qui demersa corpis parte: humero supeminet undas. Et rursus quom obdormiisset in naui: et uentus usq; ad extremum piculum seuire cepisset: excitatus e somno: silere protinus uentũ iussit: et fluctus q maximi ferebantur conquiescere: statimq; sub uerbo eius tanquillitas insequuta est. Mentiuntur fortasse litterę docẽtes tantam fuisse in eo potestatem: ut impio suo cogeret uẽtos obsequi: maria seruire: morbos cadere: inferos obedire. Quid qd eedem sibillę carminibus suis ante docuerunt: quarum una cuius supra fecimus mentionem sic ait.

idest. Ventos compescet: sternet autem insanũ mare: pedibus pacis: fideq; calcans. Et rursus alia quę dicit.

idest: fluctus pambulabit: morbos hoium resoluet: uiuificabit mortuos: arcebit dolores a multis. His testimoniis quidam reuicti: solent eo confligere: ut aiant non illa esse carmina sibillę: sed a nostris ficta atq; composita: quod pfecto nõ putabit qui Ciceronem: Varronẽq; legerit: aliosq; ueteres: qui erithreã sibillam ceteraſq; cõmemorant ex quarũ libris ista exempla pferimus: qui

autores obiert anteq christus secundū carnem nasceretur. Vere nō dubio quin illa carmina poribus temporibus pro deliramento sunt habita quom ea nemo intelligeret. Denūtiabant ei monstruosa quedam miracula: quoy nec ratio: nec tempus: nec autor designabatur. Deniq; erithrea fore ait ut diceretur insana & mendax. Ait enī.

idest: dicet insanā uatem & mendacem. Quom aūt facta fuerint uniuersa: tū mei meminerit: neq; me iam quisq mendacem dicet dei magni pphetā: Iacuerunt igit multis seculis postea uero aiaduersa sunt q christi natiuitas et passio patefecit archana: sicut etiā uoces pphetarū que quom per annos mille quingentos uel eo amplius lecte fuissent a populo iudeoy: nec tamen intellecte sunt nisi postq christus & uerbo et opibus interptatus est. Illum ei pphete annūtiauert: nec ullo modo poterant que illiloquebantur intelligi: nisi fuissent uniuersa completa. De passione christi que iudeis et scandalo & stultitie gentibus: quo summa uirtus continet & uerum & singulare sapientia & ueritate sue pphete. c. xvi.

Genio nūc ad ipam passionem que uelut obprobriū nobis oblectari solet: qd & hoiem: et ab hoibus insigni supplicio affectū & excruciatum colamus: ut doceam eam passionem ab eo cū magna & diuina rōe susceptam: et in ea sola & uirtutē: et ueritatē & sapientiam contineri. Neq; enim si beatissimus in terra fuisset: et per omnem uitam in summa felicitate regnasset quisq illum sapiens aut deū credidisset: aut honore diuino dignū indicasset: quod facunt uere religionis expertes: qui caducas opes: et fragilem potentiam & aliem beneficiū bona non tantū suscipiunt: uerum etiam consecrant: et scientes memorie mortuoy deseruiunt fortunā iam extinctā colentes quā ne uiuā qdem psentemq; sapientes colendā sibi unq putauerit. Nec enī potest aliquid in rebus terrenis esse uenerabile celoq; dignum: sed sola est uirtus sola iustitia que pōt uerū bonū & celeste et ppetuū iudicari: quia nec datur cuiq nec aufertur: qua uirtute ac iustitia quoniam christus instructus uenit in terram: ymmo uero quoniā ipe est uirtus: et ipe iustitia destendit ut eā doceret hoiemq; formaret. Quo magisterio ac dei legatione perfunctus ob eam ipam uirtutem quā simul et docuit & fecit ab omnibus gentibus et meruit & potuit deus credi. Ergo quom magnus populus ad eum uel ob iustitiam quam docebat: uel ob miracula que faciebat subinde confluueret: et pcepta eius audiret: et a deo missum deiq; filium crederet: tū primo rex iudeorum & sacerdotes et ira stimulati: qd ab eo tanq peccatores

increpabantur: et invidia deprauati: qd confluente ad eũ multitudine cõ-
temni se ac deseri videbant: & qd caput sceleris illoꝝ fuit stultitia & errore
cęcati & immemores p̃ceptoꝝ cęlestiũ ac ꝓphetaꝝ coierẽt aduersus eũ ipiũq;
consiliũ de eo tollẽdo cruciandoq; ceperẽt: qd ꝓphete multo ante descripse-
rant. Nã et dauid in p̃ncipio psalmoꝝ suoꝝ ꝓuidens in spiritu q̃tũ facinus
admissuri essent beatũ esse ait q nõ abierit in consilio impioꝝ: et salamon in
libro sapiẽtię his uerbis usus est. Circũueniamus iustũ quoniã insuauis est
nobis: & exprobat nobis peccata legis: ꝓmittit se scientiã dei habere et fi-
liũ dei se noiat: factus est nobis in traditionę cogitationũ nostraꝝ: grauis ẽ
nobis etiã ad uidendũ: quoniã similis ẽ alius uita illius: et immutate sunt uię
illius: tanq̃ nugaces existimati sumus ab eo: et continet se a uiis nris: & ab
Existimant stoici: et alii nõnulli aliquãto melius de diuitate sensisse. qui aiũt grãm in deo eẽ. iram nõ esse. fauorabilis ac popularis oio: nõ cadere in deũ. Hanc aimi pusillitatẽ. ut ab ullo se lesum puret: q ledi nõ põt. ut quieta illa et sancta maiestas conciteẽ: perturbetur: insaniat. qd est terrene fragilitatis. Irã ei cõmotionẽ mẽtis eẽ ac pturbationẽ. que sit a deo aliena. Quod si hoiem quoq; q mõ sit sapiens & grauis: ira nõ deceat. si qdez cũ in aimũ cuiusq; incidit: uelut seua tẽpestas tantos exciteat fluctus: ut statum mẽtis immutet. ardescãt oculi. os tremat. lingua tinibet. dẽtes cõcrepẽt. alterius uultum maculet. nũc suffusus rubor. nũc pallor albescens: quanto magis deũ nõ deceat tã feda mutatio? Et si hõ q habet impiũ ac potestatem late noceat: per irã sanguinẽ fundit: urbes subuertat: populos deleat: prouincias ad solitudinẽ redigat: quãto magis deũ. qui habeat totius generis hũani et ipius mũdi põtatem: pditurũ fuisse uniuersa credibile sit si irasceretur. Abesse igr ab eo: tã magnũ: tam pnitiosũ malũ oportere. Et si absit ab eo ira & concitatio: qa et deformis et noxia est. nec cuiq; male facit. nihil aliud supest: nisi ut sit lenis. tranqllus. ꝓpicius. beneficus cõseruator: ita ei demũ et cõis oim pr. et optimus maximus dici poterit. quod experit diuia

cęlestisq; natura. Nã si ínter boĩes laudabile uídet: prodesse potius q̃ nocere: uiuificare q̃ occidere: saluare q̃ perdere: nec ĩmerito ĩnocẽtia ínter uírtutes numerat̃.et q hęc fecerit: diligitur. prefertur. ornat̃. bñdictis oĩbus uotisq; celebrat̃. Denique ob merita & beneficia deo similimus ídicat̃. quãto magis ípm deũ p̃rem diuínis pfectisq; uírtutibus pcellentem. atq; ab omni terrena labe sũmotũ: diuĩs & cęlestibus bñficiis oĩe genus hoĩm pmereri. Speciose ista popularitérq; dícunt̃.et multos illiciũt ad credendũ. Sed qui hęc sentiũt: ad ueritatẽ qdem ppius accedũt. sed ín pte labunt̃: naturã rei parũ considerantes. Nam si deus non irascitur ímpiis & ínuistis: nec pios utiq; iustosq; diligit. Ergo constãtior est error illoꝝ: q & irã simul et gr̃am tollunt. In rebus enĩ diuersis. aut ín utrãq; ptem moueri necesse est: aut ín neutrã. Itaq; q bonos diligit. et malos non odit: nec bonos diligit. quia & diligere bonos: ex odio malorũ uenit. et malos odisse: ex bonorũ caritate descendit. Nemo est qui amet uitam sine odio mortis. q appetat lucem: nisi q tenebras fugit. Adeo natura ista cõnexa sunt: ut alterũ sine altero fieri nequeat. Si qs dñs habẽs ĩ familia seruos: bonũ ac malũ: nõ utiq; aut ambos odit: aut ambos beneficiis & honore prosequit̃. quod si faciat: et íníquus et stultus est. sed bonũ & alloqtur amice. et ornat. et domui ac familię: suisq; oĩbus rebus pręficit. malũ uero maledictis: uerberibus: nuditate: fame: siti: cõpedibus punit. ut & hic exẽplo: cęteris sit ad nõ peccãdum: et ille ad promerendũ. ut alios metus cohercat: alios honor puocet. Qui ergo diligit: et odit. qui odit et diligit. Sunt eĩ q diligi debeãt. sunt qui odio haberi. Et sicut is q diligit confert bona ín eos quos diligit: ita q odit irrogat mala his quos odio habet. Quod argumentũ quia uerũ est: dissolui nullo pacto põt. Vana ergo & falsa est snia eoꝝ: qui alterũ detrahũt: nõ mínus q̃ illorũ qui utrũq; detrahunt. Sed illi ut ostẽdimus ex parte nõ errant: sed id quod melius ẽ ex duobus retinẽt. Hi uero quos ratio & ueritas argumẽti huius índucit: falsa oĩno suscepta ín maxĩm errorem cadũt. Non ei sic oportebat eos argumẽtari: quia deus nõ irascitur: ergo nec gr̃a cõmouet̃. sed ita. quia deus gr̃a mouetur: ergo & irascitur. Si enĩ certũ et ídubitatũ fuisset non irasci deũ: tũc ad illud alterũ uẽiri esset necesse. Cum autẽ magis sit ambiguum de ira. pene manifestũ de gratia. Absurdum est ex ínceto certũ uelle subuertere: cũ sit promptius de certis íncerta firmare.

Ca. vi

Quod deus irascitur

Hęc sunt de deo philosophoꝝ snię. aliud pręterea nihil quisq̃ dixit. Quod si hęc quę dicta sũt falsa eẽ deprehẽdimus: unũ illud extremũ

supest: in quo solo possit ueritas inueniri. quod a ppbetis nec susceptum est
unq̃. nec aliqñ defensum: consequens esse irascat̃ deus: qm̃ gr̃a cõmouetur.
Hęc tuenda nobis & asserẽda sentẽtia est. In eo ci summa oĩs et cardo reli-
gionis pietatis q; uersatur. Neq; bonos ullus deberi põt deo: si nihil prestat
colenti, nec ullus metus: si nõ irascit̃ non colenti. Quod ꝓbi errant atq;
homines ab aliis animantibus maxime differunt religione cõ.

Ca vii

QVm sepe philosophi per ignorãtiam ueritatis a rõe desciuerũt. atq;
in errores inciderũt inextricabiles. id ei solet his euẽire quod uia-
tori uiam nesciẽti: et nõ fatenti se ignorare: ut uagẽt. dum pcũctari obuios
erubescit. Illud tñ nullus philosophus asseruit unq̃. nõ nihil inter hoĩem ac
pecudem interesse. nec oĩno quisq̃ mõ sapiens: qui uel leuiter rõnale aĩal cũ
mutis & irrõnabilibus coequauit. qd̃ facũt qdam impiti: atq; ipsis pecu-
dibus similes. qui cũ uentri ac uoluptati se uelint tradere: aiunt eadem rõe
se natos: qua uniuersa quę spirãt. quod dici ab hoĩe nefas est. Quis enĩ tam
indoctus ut nesciat? Quis tã imprudens ut non sentiat: inesse aliqd in hoĩe
diuini? Nondum uenio ad uirtutes aĩmi & ingenii. quibus hõi manifesta
cognitio est. Nonne ipius corpis status & oris figura declarat: nõ esse cum
mutis pecudibus equales? Illarũ natura ĩ humũ pabulũq; pstrata est. nec
habet qcq̃ cõe cũ cęlo. quod nõ inuenĩ. Homo autẽ recto statu: ore sublimi
ad contẽplationẽ mũdi excitatus cõfert cũ deo uultũ: et rõem rõ cognoscit.
propterea nullũ est aĩal ut ait Cicero pręter hoĩem. quod hẽat aliquã no-
titiam dei. solus ei sapia instructus est. et religionẽ solus intellĩgit. et hęc est
hõis atq; mutoꝝ uel pcipua uel sola distãtia. Nam cetera quę uidenĩ hõi eẽ
propa: et si nõ sunt talia ĩ mutis: tñ similia uideri possũt. Propus hõi sermo
est. tñ & in illis quędã similitudo sermois. Nam et dinoscũtur. edunt sonum
iurgio similem. et cũ se ex interuallo uidẽt: gratulãdi officiũ uocc declarãt.
Nobis qdem uoces eorũ uidenĩ incognite: sicut illis fortasse nr̃ę. sed ipis q
se intelligũt: uerba sunt. Demiq; ĩ oĩni affectu: certas uoces notas expmũt.
qbus habitũ mẽtis ostẽdant. Risus quoq; est hõi ꝓpus. et tñ uidemus ĩ aliis
aĩalibus quędã signa lticię. cũ ad lusum gestiũt: aures demulcent. rictum
contrahũt. frontẽ serenãt. oculos in lasciuiam resoluũt. Quid tã ppriũ hõi.
q̃ rõ & prouidẽtia futuri? Atqui sunt aĩalia: quę latibulis suis diuersos et
plures exitus pandant. ut si quod piculũ inciderit: fuga pateat obsessis. qd̃
nõ facerent: nisi inesset illis intelligẽtia & cogitatio. Alia puidẽt in futurũ.
ut ingentẽ formice farris aceruũ comportãt. hiemis memores: estate labo-
rem expiũtur. et in mediũ quęsita reponũt. Longũ est si exequi uelim: quę

a singulis generibus aialium fieri soleant humane sollertie simillima. Quod si hoy oim que ascribi hoi solet: in multis quoq; deprehendit similitudo: apparet solam esse religionē. cuius in mutis uel brutis: nec uestigiū aliquod: nec ulla suspicio inueniri pot. Religiois ei est ppria iustitia: que nullū aliud aial attingit. homo enī solus imperat. cetera sibi conciliata sunt. Iustitie autē dei cultus ascribit. quē q nō suscipit: hic a natura hois alienus. uitam pecudum sub humana specie uiuit. Cū uero a ceteris aialibus hoc pene solo differamus: q soli oim diuina uim potare q; sentimus. in illis autē nullus sit intellectus dei. certe illud fieri nō pot: ut in hoc uel muta plus sapiant: uel humana natura desipiat. cū hoi ob sapientiam. et cuncta que spirāt: et omis rerū natura subiecta sint. Quare si rō: si ius hois hoc pcellit & supat ceteras aiantes: q solus notitiam dei capit: apparet religionē nullo mō posse dissolui.

Contra epicurum religionē subuertentē. Et q religio sit habenda. Ca viii

Dissolnitur autē religio. si credamus Epicuro illa dicenti. Omis enī p se diuina natura necesse est immortali cuo: suma cū pace fruatur. semota a nris oculis sciūctaq; longe. Iam puata dolore omi: puata periculis: ipsa suis pollens opibus: nil indiga nri. Nec bene pro meritis capitur. nec tangitur ira. Que cū dicit. utrū aliquē cultū deo putat esse tribuendum: an euertit oem religionem? Si ei deus nihil unq; boni tribuit: si colētis obseqo nullā gram refert: qd tam uanū tam stultū q; tēpla edificare. rem familiarem minuere: ut nihil asseqmur? At enī naturam excellentē honorari oportet. Quis bonos deberi pot nihil curāti & ingrato? An aliqua rōe obstricti eē possumus ei. q nihil hēat cōe nobiscū? Deus inqt Cicero si talis est: ut nulla gra: nulla hoim caritate: ualeat. Quid ei ppicius pot nemini. qd cōtēptius dici potuit in deū? Valeat inqt. id est abeat ac recedat: qn pdesse nulli pot. Quod si negociū deus nec hēat nec exhibet: cur ergo nō delinq;mus: quotiens hoim cōscientiā fallere licebit. ac leges publicas circūscribere? Vbicūq; nobis latendi occasio arriserit: auferamus aliena: uel sine cruore uel etiam sanguine: si pter leges nihil ē amplius quo colendū sit. Hec dū sentit Epicurus: religionē funditus delet. qua sublata: cōfusio ac perturbatio uite sequet. Quod si religio tolli nō pot. ut & sapiam retineamus: q cōis uita sit tutior: quō religio ipa sine metu tueri aut custodiri pot? Quod enī non metuitur: contēpnitur. quod contēpnit: utiq; nō colitur. Ita fit: ut religio et maiestas. et honor & metus constent. Metus aūt nō est. ubi nullus timet. Sic igit gram deo siue irā siue utrūq; detraxeris: religionē tolli necesse est. sine qua uita hoim stultitia: scelere: immanitate completur. Multū enī refrenat hoies

conſcientia. ſi credamus nos ín conſpectu dei uíuere: ſi non tm̃ quę gerimus uideri deſuper: ſed etiã quę cogitamus: aut loqmur: audiri a deo putemus. At enĩ ꝓdeſt id credere ut qdam putãt. non ueritatis gr̃a: ſed utilitate. qm̃ leges conſciam punire nõ poſſũt. niſi aliqs deſup terror impediat ad cohibenda peccata. Falſa eſt igit̃ oĩs relígio: et diuínitas nulla eſt. ſed a uíris prudẽtibus uniuerſa confecta ſunt. quo rectíus ĩnocẽtiuſq; uíuat̃. Magna hęc & a materia quam propoſuimus alíena queſtio eſt. ſed quia neceſſario ínciditur debet q̃uis breuiter attingi. Varias opiniones de mundi opificio & gubernatione enumerat

Ca. xx.

QVm ſententię philoſophoꝝ ꝑoris tẽporis de ꝓuidẽtia conſenſiſſẽt: nec ulla eẽt dubitatio: qn mũdus a deo & rõe eſſet iſtructus. et rõe gereret̃. Primus oĩm Pitagoras extitit tpibus Soc̃tis: qui ſibi diceret nõ liquere. utrũ eẽt aliqua diuínitas nec ne. Quę diſputatio eíus a deo impia: et contra ueritatem & relígionem ĩudicata eſt: ut et ipm athenienſes expulerínt ſuis finibus. et libros eíus ĩ concione qbus hęc continebant̃ exuſſerint. De cuíus ſententia nõ eſt opus diſputare. quia nihil certi ꝓnuntiauit. Poſt hęc Socrates & auditor eíus Plato. et qui de ſcola Platonis tanq̃ riuuli díuerſas ín partes ꝓfluxerunt ſtoici & peripatetici: ín eadem fuere ſententia qua ꝑores. Poſtea uero Epicurus deũ qdem eſſe dixit. qa neceſſe ſit eẽ aliqd ín mũdo preſtans. et eximiũ & beatum: prouidentiam tamẽ nullam. Itaq; mũdum ipm nec ratione ulla: nec arte: nec fabrica ínſtructũ: ſed naturam rerũ quibuſdam mínutis ſemínibus & ínſecabilibus cõglobatam. Quo qd repugnãtius dici poteſt non uideo. Et enĩ ſi eſt deus: utiq; prouidens eſt ut deus. nec aliter ei põt diuĩtas attribui: niſi & preterita teneat: et preſentia ſciat: et futura proſpiciat. Cum igit̃ prouidentiã ſuſtulit. etiam deũ negauit eſſe. Cum autẽ deũ eſſe profeſſus eſt. et ꝓuidentiã ſimul eſſe conceſſit. Alterũ enĩ ſine altero. nec eſſe prorſus nec ínteliigi põt. Verũ his poſtea tẽporibus qbus iã philoſophia defloruerat: extitit alius qdã Diagoras: qui nullũ eẽ oĩno deum diceret. ob eamq; ſententiam noiatus eſt Atheus. Item Cireneus Theodorus ambo qui nihil noui poterant reperire. omnibus iam dictis & inuentis maluerũt contra ueritatem id negare: ín quo priores uniuerſi ſine ãbiguitate conſenſerãt. hi ſũt q tot ſeculis: tot ĩgenis aſſertã atq; defenſam prouidentiam calũniati ſunt. Quid ergo? Vtrũ ne iſtos mínutos et ínertes philoſophos rõe: an uero ueritate preſtantiũ uíroꝝ refellemus. an potius utroq;? Sed ꝓperandum eſt. ne longius a materia deuagetur oratio.

Quod mundus dei prouidentia factus ſit & gubernet

Ca. x.

QVi uolũt diuĩa, puidentia factũ esse mundũ: aut principiis inter se temere coeũtibus dicũt esse concretum: aut repẽte natura extitisse. Naturã uero ut Stratio ait hr̃e in se uim gignendi & uiuendi: sed eam nec sensum hr̃e ullũ nec figurã. ut intelligamus oĩa q̃i sua sponte esse generata: nullo artifice nec auctore. Vtrũq; uanũ et ĩpossibile. sed hoc euenit ignorãtibus ueritatem: ut quid uis potius excogitent q̃ id sentiant: qd rõ deposcit. Primũ minuta illa semina: quoꝝ concursu totũ coisse mũdum loquunt̃. ubi aut unde sint quero? Quis illa uidit unq̃? Quis sensit? Quis audiuit? An solus Leucippus oculos habuit? solus mẽtem? Qui, pfecto solus oim cęcus & excors fuit: qui ea loquere t̃. quę nec eger q̃ q̃ delirare: nec dormiens posset sompniare. Quatuor elemẽtis constare oĩa philosophi ueteres disserebant. Ille uoluit ne aliens uestigiis uideretur insistere: sed ĩpoꝝ elementorũ alia uoluit esse pinordia. quę nec uideri possint: nec tangi: nec ulla corporis pte sentiri. Tam minuta sunt int: ut nulla sit acies ferri tã subtilis: qua secari ac diuidi possint. unde illis nomẽ imposuit athomoꝝ. Sed occurrebat ei q̃ si una eẽt oĩbus eadẽq; natura: nõ possẽt res efficere diuersas: tãta uarietate quanta uidemus inesse mundo. Dixit ergo leuia esse & aspera et rotũda & hamata. Quãto melius fuerat tacere: q̃ in usus tam miserabiles tam inanes hr̃e linguam? Et qdem uereor ne non minus delirare uideat̃. qui hęc putet refellenda. Respõdeamus tñ uelut aliqua dicenti. Si leuia sunt & rotũda: utiq; nõ possunt inuicem se apprehendere: ut aliquod corpus efficiant. ut si qs militũ uelit in unã coagmẽtationẽ constringere: lemitudo ipa granorũ in massam coire nõ sinat. Aspera inquit & angulata sunt et hamata. ut possint coherere. Diuidua ergo et secabilia sunt. Hamos eni necesse est & angulos eminere ut possint ãputari. ita q̃ ãputari ac diuelli põt. et uideri poterit & teneri. Hęc int pinane irreqetis moribus uolitant. et huc atq; illuc ferunt̃: sicut puluerís minutias uidemus in sole: cũ per fenestrã radios ac lumẽ immiserit. Ex his arbores et herbe: et fruges oẽs oriunt̃. ex his aĩalia: et aqua et ignis: et uniuersa gignũtur. et rursus in eadem resoluunt̃. Ferri hoc põt q̃diu de rebus paruis agit̃. ex his etiã mũdus cõplexus ẽ. Impleuit numerum pceptę insamię. nihil ultertius adici posset: sed inuẽit tñ ille qd adderet. Quoniã oĩne int infinitũ nec põt quicq̃ uacare. necesse ẽ ergo inumerabiles eẽ mũdos. Quę tãta uis fuerat athomoꝝ: ut moles tã inexumabiles ex tam minutis cõglobarẽtur. Ac primũ reqrõ. quę sit istoꝝ seminũ uel rõ uel origo. Si eni ex illis sunt oĩa: ipa igr̃ unde esse dicemus? Quę natura tantã copiam ad efficiendos inumerabiles mũdos submistrauit. Sed cõcedam ut

impune de mūdis delirauerit. de hoc loq̃mur i' quo sumus: et quē uidemus.
Ait oia ex idiuiduis corpusculis fieri. Si hoc ita eēt: nulla res unq̃ sui generis semie indigeret. sine ouis alites nascerentur: aut oua sine partu: itē cetera
uiuētia sine coitu: arbores & que gignūtur e terra, ꝑpa semina nō haberēt:
que nos quotidie tractamus et serimus. Cur ex frumento seges nascitur. et
rursus ex segete frumentū? Denique si athomorꝫ coitio et cōglobatio efficeret
oia. et in aere uniuersa concrescerēt. Si qdem pmane athomi uolitant: cur
sine terra: sñ radicibus: sine hūore: sñ semine: nō herba: nō arbor: nō fruges
oriri aut generari possunt? Vnde apparet nihil ex athomis fieri. qñ quidem
unaquequ res habet ꝑpam certāq; naturā: suū semē: suā legem: ab exordio
datā. Denique Lucretius q̃i oblitus athomorū quos asserebat. ut redargueret
eos. qui dicūt ex nihilo fieri oia: his argumētis usus est. qui contra ipm
ualerent. Sic enī dixit. Nam si de nihilo fierēt: ex omnibus rebus omne genus
nasci posset. nil semine egeret. Item postea. Nil igitur fieri de nullo posse putā-
dum est semine: qñ opus est rebus: quo queq; create aeris in terras possint
proferre ꝑauras. Quis hūc putet hūisse cerebrū eū hec diceret: nec uideret
sibi esse contraria? Nihil eī ꝑ athomos fieri exinde apparet: q̃ semie cuiusq;
rei certū est. nisi forte ignis et aque naturā ex athomis eē credemus. Quid
q̃ durissimi rigoris materie: si ictu uehementiore collidantur: ignis excutiū?
Nam in ferro aut silice athomi latent. Quis inclusit? Aut cur sua sponte nō
emicant? Aut quō semia ignis in materia frigidissima pmanere potuerīt?
Omicto silicem ac ferrū: orbem uitreū plenū aque. si tenueris i sole: de luce
quod ab aqua refulget ignis accēdit. etiā in durissimo frigore. Num etiam
in aqua ignē esse credendū est? Atqui de sole ignis ne estate qdem accendi
pōt: si cere inalaueris. uel si uapor leuis aliqd attigerit: aut crustā marmo-
ris: aut laminā paulatim ꝑ minutissimos rores aqua concrescit. Item de alitu
terre aut maris nebula existit: que aut dispersa humefacit quidqd texerit:
aut collecta in arduos montes in sublime uēto rapta: stipatur in nubem. atq;
imbres maxios deicit. Vbi ergo dicimus liquores natos esse? Num in ua-
pore? Nū in alitu? Num in uento? Atqui nihil pōt consistere: in eo qd nec
tangi: nec uideri. Quid ergo de aialibus loquor: in quorū corpibus nihil
sine rōne: sñ ordine: sine unitate: sñ specie figurarū uidemus? Adeo ut so-
lertissima & diligētissima oim partiū mēbrorūq; descptio: casū ac fortunā
depellat. Sed putemus artus: et ossa & neruos: et sanguinem de athomis
posse concrescere? Quid sensus: cogitatio: memoria: ingeniū: qbus semibus
coaugmentari possūt? Minutissimis in ꝓt. Sunt ergo alia maiora. Quō igitur

ínsecabilia? Demq; si ex iussibilibus sint quę uidenť. cur igiť nemo uider? Sed ínuisibilia quę sunt ín hoíe consideret. siue tractabilia. quę nemíni sub aspectu: rōne: ueraq; constare qs non uider? Quomō ergo sine rōe coeunťia possūt aliqd efficere rōnale? Videmus eí nihil esse ín oīni mūdo: quod non hēat ín se maxīam mirabilēq; rōnem. Quę qa supra hoīs sensum & íngeniū est: cui rectíus q̄ diuínę ꝓuidentię tribuenda est? An si simulachrū hoīs & statura: ratio: et ars fingít: íp̄m hoíem de frustis temere concurrētibus fieri putabimus? Et quid simile ueritatis ín ficto: cū summū & excellēs artificiū: nihil alíud nisi umbram et extrema corpis liníamēta possit imitari? Num potuit humana solertia dare opi suo: aut motū alíquē: aut sensum? Omícto usum uidendí: audiendí: odorandí: cęterorūq; membroꝝ: uel apparentiū uel latentiū mirabiles utilitates. Quis artífex potuit aut cor hoīs: aut uocem: aut íp̄am fabricare sapīam? Quisq̄ ne íg̃r sanus exístīat: qd̄ homo rōe et consilio facere nō possit: id concursu athomoꝝ passim coherentíū perfici potuísse. Vides í quę deliramēta ínciderūt. cū uolūt effectionē curāq; rerū deo dare. Concedamus tamē his. ut ex athomís fiant quę terrena sunt. nū etiam celestia? Deos aíūt íncorruptos. eternos. beatos eē. solisq; dant ímmitatē: ne concursu athomoꝝ contraesse uídeanť. Si eni deos quoq; ex illís constituisset: dissipabiles fierēt. semibus aliqñ resolutis: atq; ín naturā suā reuertēntbus. Ergo si est aliqd qd athomi nō effecerínt: cur nō cętera eodem modo íntellígamus? Sed quero anteq̄ mūdus p̄mordia ista generaret: cur sibi dii habitaculū nō edificauerūt? Videlicet nisi athomi coíssent cęlumq; fecissent. adhuc dii ꝑ mediū ín aere penderent. Quo íg̃r consilio: qua rōe de confuso aceruo se athomi cōgregauerūt: ut ex aliis ínferíus terre cōglobarentur: cęlū desup tendereē: tanta siderū uarietate: ut nihil unq̄ excogitari possit ornatius? Tanta ergo qui uideat & talia: pōt existīare nullo effecta esse consilio. nulla ꝓuidentia: nulla rōne diuína. sed ex athomís subtilibus exíguís concreta esse tanta miracula. Nōne ꝓdigio sumile est: aut naturā eē hoíem q hęc diceret: aut extitisse qui crederēt. ut Democritū q auditor eíus fuit. uel Epicurū ín quē uanitas oís de Leucippí fonte ꝓfluxit. At eni sicut alii dicunt. natura mundus effectus est: quę sensu & figura caret. Hoc uero multo est absurdíus: si natura mūdum fecit. consilio et rōe fecerit necesse est. Is ei facit aliqd. qui aut uolūtatē faciendi habet aut sciam. Si caret sensu ac figura: quo pōt eb ea fieri. qd̄ et sensum hēat & figuram? Nisi forte qs arbitretur. naturā aīalíū fabricatā tam subtilem a nō semie formari animariq; potuisse: aut ístam cęlí spēm tam ꝓuidēter ad utilitates uíuentíū tēperatā:

nescio quo casu. sine conditore: sine artifice subito extitisse. Si quid ínqt est
Crisippus qd̃ efficiat: ea quę homo licet rõe sit preditus facere nõ possit: id
profecto est maius & fortius et sapientius hoĩe. homo autẽ non põt facere
cęlestia: ergo illud quod hoc efficiat uel effecerit supat hoĩem arte: consilio:
prudentia: potestate. Quis igr̃ põt eẽ nisi deus? Natura uero quam ueluti
mr̃em esse rerũ putãt. si mentẽ non habet: nihil efficiat unq̃ nihil molietur.
Vbi enĩ non ẽ cogitatio: nec motus ẽ ullus nec efficacia. Si aũt consilio utĩt̃
ad ínciplendũ aliqd: rõe ad disponẽdum: arte ad efficiendum: uirtute ad
consumãdum: põtate ad regendũ & continendũ: cur natura potius q̃ deus
noĩetur? Aut si concursus atomoy: uel carẽs mente natura: ea quę uide-
mus effecit. quero cur facere cęlũ potuerit: et urbẽ aut domũ nõ potuerit?
Cur mõtes marmoris fecerit: colũnas & simulachra nõ fecerit? Atqui nõ
potuerãt atomi etiã ad hęc efficiendã cõcurrere? Siqdem nullã positionẽ
relínquũt. quã nõ expiantur. Nam de natura quę mentẽ non hẽat: non est
mirãdum: ꝓ hęc facere oblita sit. Quid ergo est. utíq; deus cũ íncboaret hoc
opus mũdi. quo nihil põt esse nec dispositius ad ordínẽ. nec aptius ad utili-
tatem: nec ornatius ad pulchritudínem: nec maius ad molem. quę fieri ab
hoĩe nõ poterant: fecit ipe. ín q̃bus etiam hoĩem ipm: cui particulam de sua
sapĩa dedit: et ínstruxit cũ rõe. quantũ fragilitas terrena capiebat: ut ipse
sibi efficeret quę ín usus suos essent necessaria. Si uero ín huius mũdi ut ita
dixęrim re.p. nulla prudentia est quę regat: nullus deus q ãmínistret: nec
oĩno sensus ullus ín hac rerũ natura poller. Vnde igr̃ mẽs hũana tã solers:
tam íntelligens orta eẽ credetur? Si ei corpus hoĩs ex humo fictũ est: unde
hõ nomẽ accepit? Animus ergo q sapit: rector est corpis. cui membra ob-
sequunt̃ tanq̃ regi & ímpatori: qui nec aspici: nec cõprehẽdi põt: nõ potuit
ad hoĩem nisi a sapiente natura pueĩre. sed sicut oĩne corpus mens et aĩmus
gubernat: ita & mũdum deus. Nec enĩ uerisimile est: ut mínora et humilia
regimen hẽant: maiora & sũma nõ hẽant. Denícq; M. Cicero ín tusculanis
et ín consolatione aĩoy ínqt. Nulla ín terris origo ínuenírí põt. nihil ẽ ínqt
ín aĩmis mixtũ atq; concretũ. aut qd̃ ex terra natũ atq; factũ esse uideatur.
nihilue hũidum: quod aut flabile aut igneũ. His enĩ naturis nihil ínest qd̃
uim memorię: mentis: cogitatioĩs hẽat: quo ín pterita teneat et futura prui-
deat: et cõplecti possit pnta. quę sola diuína sunt. nec eĩ íneĩunt̃ unq̃ unde
ad hoĩem ueĩre possint nisi a deo. Exceptis igr̃ duobus tribusue calũniato-
ribus uanis: cũ constat diuína prudentia mundum regi sicut & factus est.
nec sit qsq̃ qui Diagore Theodoriq; snĩam: uel Leucippi ínane cõmentũ uel

Democriti Epicuriq; leuitatem preferre audeat auctoritati. uel illoꝝ septem
porũ qui sunt appellati sapientes: uel Pictagorę: uel Socratis: uel Platoīs:
ceterorũq; philosophoꝝ q esse ꝓuidentiam iudicauerũt. Falsa igr̃ est et illa
snia: qua putãt terroris ac metus gr̃a religionẽ a sapientibus instituta:
quo se hoīes imperiti a peccatis abstinerent. Quod si uerũ sit: ergo deriſi ab
antiqs sapientibus sumus. Quod si fallendi nostri atq; a deo totius generis
hũani cã cõmẽtati sunt religionẽ. sapientes igr̃ nõ fuerũt: qa in sapiente nõ
cadit mẽdacii. Sed fuerint sapiẽtes. quę tanta felicitas mẽciendi: ut nõ mõ
indoctos: sed Platonẽ quoq; ac Socrtem fallerent & Pictagorã: Zenonem:
Aristotelem maxiarũ sectarũ pncipes tã facile deluderent. Est igitr̃ diuina
prouidentia: ut senserunt hi hoīes quos noiaui. cuius ui ac põtate: oīa quę
uidemus. et facta sũt et regũtur. Nec ei tanta rerũ magnitudo: tãta dispo-
sitio: tãta i seruãdis ordinibus ẽpibusq; constãtia: aut olim potuit sñ ꝓuido
artifice oriri. aut constare tot seculis: sine incola potenti. aut imperpetuum
gubernari sñ perito ac sine rectore. quod rõ ipa declarat. Quidqd est ei qd
hẽt rõem: rõe sit ortũ necesse est. Ratio aũt sentiẽtis sapientisq; natura: nihil
aliud põt esse q̃ deus. Mundus aũt qm̃ rõem habet qua & regitr̃ et constat.
ergo a deo factus est. Quod si est conditor rectorq; mũdi deus: recte igr̃ ac
uere religio constituta est. Auctori enim rerũ parẽtiq; cõi honos uenerarioq;
debetur. Vtrum unus dei an plurium deorũ ꝓuidẽtia mundũ. Capi. xi.

QVoniam constitit de ꝓuidẽtia: sequitur ut doceamus utrũ ne multoꝝ
esse credẽda sit. an potius unius. Satis ut opior docuimus uel ostẽ-
dimus i nris institutionibus: deos multos esse nõ posse. q diuina uis ac põtas
si distribuat̃ in plures: diminuit̃ utiq; & mortalis est. Si uero mortalis non
est: nec minui nec diuidi põt. deus igr̃ unus est: in quo uis et põtas consũ-
mata: nec minui põt nec augeri. Si aũt sũt multi. dum hẽt singuli põtatis
aliqd ac numinis: sũma ipa decrescit. nec poterũt singuli hr̃e totũ: quod est
cõe cum pluribus. unicuiq; tantum deerit: quantũ ceteri possidebunt. Non
possũt igr̃ in hoc mũdo multi eẽ rectores. nec in una domo multi dñi. nec in
naui una multi gubernatores. nec in armẽto aut grege duces multi. nec in
uno regimĩe multi reges. Sed nec i celũ qdem multi soles eẽ potuerũt. sicut
nec aię plures in uno corpore: a deo in unitate natura uniuersa consentit.
Quod si mũdum spus intus alit: totãq; infusa per artus mẽs agitat molem
et magno se corpe miscet: apparet testimoio poetę unũ esse mundi habita-
torem deũ. Si qdem corpus oẽ: nisi ab una mente incoli regiq; non põt:
oẽm igr̃ diuinã põtatem necesse est in una esse. cuius nutu & impio regant̃

omnia. et ideo tantus est: ut ab homine non possit aut uerbis enarrari: aut sensibus extimari. Vnde igr̃ ad hoies opinio multoꝝ deoꝝ psuasiõe pueñit? Nimirũ hi oẽs q colũtur ut dii: hoies fuerẽt: et iidem p̃mi ac maximi reges. sed eos aut ob uirtutẽ qa ꝓfuerãt hoim generi: diuinis honoribus affectos esse post mortem. aut ob bñficia & inuenta. qbus hũanã uitã excoluerant: immortalem mẽoriam consecutos qs ignorat? Nec tm̃ mares. sed & fẽmias. Quod cũ uetustissimi greciẹ sẹptores: quos illi theologos nũcupant: cũ etiã romani grẹcos sequuti & imitati docent. quoꝝ pcipue Euhemerus ac noster Ennius: q eoꝝ oim natales: cõiugia: progenies: impia: res gestas: obitus: simulachra demonstrãt. Et secutus eos Tullius tertio de natura deoꝝ libro dissoluit publicas religioẽs. sed tm̃ uerã quã ignorabat: nec ipse nec alius quisq̃ potuit inducere. Adeo et ipe testatus est falsũ qdem apparere: ueritatem tm̃ latere. Vtinã inqt tã facile uera inueire possem. q̃ falsa cõuincere. Quod qdem nõ dissimulanter ut academicus: sed uere atq; ex animi sntia proclamauit. qa ueritas hũanis sensibus erui nõ põt. quod assequi uoluit hũana ꝓuidentia: id assecutus est ut falsa detegeret. Quidqd ei fictũ & comentitiũ: qa nulla rõe submixũ est: facile dissoluit. Vnus est igit̃ princeps et origo rerũ deus: sicut Plato in thimeo & sensit et docuit. cuius maiestatẽ tantã esse declarat: ut nec mẽte comphendi: nec lingua exp̃mi possit. Idem testat̃ Hermes quẽ Cicero ait in numero deoꝝ apd̃ egiptios hr̃i. eũ scilicet q ob uirtutem multarũq; artiũ sciam Trismegistus noiatus. et erat nõ modo Platone: uerũ Pictagora: septemq; illis sapientibus longe antiqor. Apud Xenofontem Socẽtes disputans: ait formã dei nõ oportere conq̃ri. Et Plato in legũ libris. Quid oino sit deus nõ esse querendũ: qa nec inueiri possit nec enarrari. Pictagoras quoq; unũ deũ confitet̃ dicens incorpalem eẽ mentẽ. quẹ p oẽm rerũ naturã diffusa & intenta: uitalem sensum cũctis aiantibus tribuat. Antistenes aũt in phisico unũ esse naturalem deũ dixit. q̃ uis gẽtes et urbes suos habeant populares. Eadem fere Aristoteles cũ suis peripatetieis. Et Zeno cũ suis stoicis. Longũ est eni singulorũ sententias exequi: licet diuersis nõibus sint abusi: ad unam tamen potestatẽ quẹ mundum regeret concurrerũt. Sed tamen summũ deũ cũ et philosophi & poetẹ: et ipi denique qui deos colunt sepe fateantur. de cultu tamẽ & honoribus eius nemo unq̃ requiuit: nemo disseruit: ea scilicet persuasiõe: qua semp beneficũ incorruptum credentes. nec irasci eũ cuiq̃ nec ullo cultu indigere arbitrantur. adeo religio esse non potest: ubi metus nullus est.

Quod religio sit & hominis sit

Cap. xcii

Vnc quomã respondimus impie quorũdam detestabilique prudẽtię uel potius amẽtię: redeamus ad ꝓpositũ. Diximus religiõe sublata: nec sãpiam teneri posse nec iustitiam. dum diuitaris intellectus quo differimus a beluis in hoie solo repiat̃ iustitia. quã nisi cupiditates nr̃as deus qui falli nõ põt cohercuerit: scelerate impieq; uiuemus. Spectari ergo actus nr̃os adeo nõ mõ ad utilitatem cõis uitę attinet. sed etiã ad ueritatem. quia religiõe iustitiaq; detracta: uel ad stultitiam pecudum amissa rõe deuoluimur: uel ad bestiarũ immãitatẽ immouero ãplius: siqdem bestie sui generis aĩalibus parcunt. Quid erit hoie truculentius? Quid immitius: si dempto metu supiore: uim legũ aut fallere potuerit: aut contempnere? Timor igit̃ dei solus est: qui custodit hoim inter se societatẽ. per quẽ uita ipa sustinetur: munitur: gubernat̃. Is aũt timor aufertur. si fuerit hõi persuasum: q; ire sit expers deus. quẽ moueri & indignari non mõ cũ iniusta fuit cõis utilitas: sed etiam rõ ipa et ueritas persuadet. Rursus nobis ad supiora redeũdum est. ut qa docuimus a deo factũ esse mundũ: doceamus quare sit effectus.

Cap. xciii

Quod omnia tam bona q̃ mala hominis gra facta sunt

Si consideret aliqs uniuersam mũdi ãministrationẽ: itelliget ꝓfecto q̃ uera sit snia stoicorũ. qui aiunt nr̃a causa mũdum esse constructũ. Omnia ei qbus constat queq; generat ex se mũdus: ad utilitatem hoĩs accomodata sunt. Homo igni utitur ad usũ califaciendi: et lumis: et coquẽdoꝝ ciborũ: ferriq; fabricãdi. utitur fontibus ad potũ: et ad lauacra flumibus: ad agros irrigandos terminãdasq; regiones. Vtitur terra ad ꝓcipiendam frugũ ubertatẽ: collibus ad conserẽda uineta: mõtibus ad usũ arborũ atq; lignoꝝ. Vtitur mari nõ solũ ad cõmercia & copias ex longinqs regiõibus ferendas: uerũ etiam ad ubertatẽ oĩs generis pisciũ. Quod si his elementis utitur qbus est ꝓximus: nõ est dubiũ qn & cęlo. qm̃ et cęlestiũ rerũ officia: ad fertilitatẽ terrę ex qua uiuimus tẽperata sunt. Sol irreqetis cursibus & spaciis inęqlibus orbes ãnuos conficit. et aut oriens diem ꝓmit ad laborẽ: aut occidens noctem supducit ad reqem. et tũ abscessu longius ad meridiẽ: tũ accessu ꝓpius ad septentrionẽ: hiemis & estatis uicissitudines facit. ut et hibernis hũoribus ac pruinis ĩ ubertatẽ terra pinguescat. et estiuis caloribus: ut uel herbide fruges maturitate durent̃: uel quę sũt ĩ hũidis incocta et feruefacta mitescãt. Luna quoq; nocturni tpis gubernatrix. et amissi ac recepti lumis uicibus menstrua spacia moderat̃. et cęcas tenebris horrentibus noctes fulgore sue claritatis illustrat: ut estiua itinera & expeditiões et opera sine labore ac molestia confici possint. Siqdem nocte leues melius

stipulę: nocte arida prata tōdenť. Astra etiā cętera uel ortu uel occasu suo: certis stationibus oportunitates tēporū subministrant. Sed & nauigiis quo minus errabundo cursu per immensum uagenť regimē prebent: cū ea rite gubernator obseruās ad portū destinati litoris puehatur. Ventorū spiritu attrahuntur nubes. ut sata imbribus irrigentur. ut uites fętibus: arbusta pomis exuberent. Et hęc p orbem uicibus exhibenť. ne desit aliqñ: quo uita hoīm sustineať. Vt ei cęteras aiantes eadem terra nutrit: et eiusdēz fętu etiā muta pascūtur. Num etiam mutorū cā deus laborauit? Minime. Quia sunt rōis expcia. Sed intelligimus & ipa et eodem mō in usū hoīs a deo facta. partim ad uestitū: partim ad opis auxilia. ut clarū sit diuinā puidentiam rerū & copiarū abundantia hoīum uitā instruere atq; ornare uoluisse. ob eamq; cām et aerē uolucribus: et mare piscibus: et terrā q̄drupedibus impleuit. Sed achademici contra stoicos disserentes solent querere: cur si deus oia hoīm cā fecerit: etiā multa contraria et inimica & pestifera nobis reperiañ tam i mari q̄ in terra. Quod stoici ueritatē nō respicientes inepti ssime repulerūt. Aiunt enī multa in gignētibus et in numero aialiū quorū latcat utilitas: sed etiā pcessu tēporū inueniri. sicut iā plura poribus seculis icognita necessitas & usus inuenerit. Quę tandem utilitas pōt in muribus: in blatis in serpentibus reperiri. quę hōi molesta et pricio sa sunt. An medicina in his aliqua latet? Quę si ē: inueniť aliqñ nēpe aduersus mala. cū id illi quęranť esse oino malū. Viperā ferunt exustā: in cinerēq; dilapsam: mederi eiusdem bestie morsui. Quāto melius fuerat ea prsus nō esse: q̄ remediū contra se ab ea ipa desiderari. Breuius igr ac nerius respōdere potueřt in hūc modum. Deus cū formasset hoīem uelut simulachrū suū: quod erat opificii summū: inspirauit ei sapiam solī. ut oia imperio ac diciōi suę subiugaret. omibusq; mūdi cōmodis utereť. ppositit tū ei et bona et mala: qa sapiaz dedit. cuius oīs rō in discernendis malis ac bonis posita est. Non pōt enī quisq̄ eligere meliora & scire qd bonū sit: nisi sciat simul reicere ac uitare quę mala sunt. inuicem sibi alterutrū cōnexa sunt. ut sublato alterutro; utrūq; sit tolli necesse. Propositis igr bonis malisq; tū demū opus suū peragit sapia: eqdem bonū appetit ad utilitatē: malū reicit ad salutē. Ergo sicut bona innumerabilia data sūt qbus frui posset. sic etiā mala quę caueret. Nam si malū nullū sit piculū: nihil demiq; qd ledere hoīem possit. tollitur oīs materia sapię: nec erit hōi necessaria. Positis ei tmmō in conspectu bonis: qd opus ē cogitatioāe: intellectu: scia: rōne? Quocūq; porrexerit manū: id naturę aptum & cōmodum sit. ut si quis uelit apparatissimā cenam infantibus: qui nondum

sapiant apponere: utiq; id appetent singuli. quo unūquēq; aut impetus: aut fames: aut etiam cāus attraxerit. et quidqd sumpserint: id illis erit utile ac salubre. Quid igr̄ nocebit eos sicuti sūt pmanere: et semp infantes: ac nescios esse rerum? Si aūt admisceas uel amara uel inutilia: uel etiam uenenata: decipiūtur utiq; p ignorantiā boni ac mali: nisi accedat his sapia. per quā hēant maloꝝ reiectionē bonorūq; delectū. Vides ergo magis ppter mala opus bonis cē sapia. quę nisi fuissent ppsita: rōnale aīal nō eēmus. Quod si hęc rō uera ē quā stoici posuerūt: dissoluī etiā argumentū illud Epicuri. Deus inqt aut uult tollere mala & nō pōt: aut pōt et nō uult. aut neq; uult neq; pōt. aut & uult et pōt. Si uult & non pōt: imbecillis est: qd in deū non cadit. Si pōt et nō uult: inuidus. quod eque alienum est a deo. Si neq; uult neq; pōt: et inuidus & imbecillis est. ideoq; neq; deus. Si et uult & pōt. qd solū deo cōuenit. Vnde ergo sūt mala? Aut cur illa nō tollit? Stio plerosq; philosophoꝝ qui puideātiam defendunt: hoc argumēto pturbari solere. et inuitos pene adigi: ut deū nihil curare fateantur. qd maxīe querit Epicurus. sed nos rōe pspecta: formidolosū hoc argumentū facile dissoluimus. Deus ei pōt qdquid uelit. et imbecillitas uel inuidia in deo nulla est. Potest igitur mala tollere sed nō uult. nec ideo tn inuidus. Idcirco enī non tollit: quia & sapiam sicut et docui simul tribuit. et plus boni ac iocūditatis in sapia: q̄ in malis molestię. Sapia etiam facit. ut deū cognoscamus: et pē cognitionē: immortalitatē asseq̄mur. quod ē summū bonū. Itaq; nisi pus malū agnouerimus. nec bonū poterimus agnoscere. Sed hoc nō uidit Epicurus nec alius quisq̄. si tollantur mala: tolli piter sapiam: nec ulla in hoīe uirtutis remanere uestigia. cuius rō sustinēda et supanda maloꝝ acerbitate consistit. Ita ppter exiguum cōpendiū sublatoꝝ maloꝝ: maxīo & uero: et pprio nobis bono careremus. Constat igr̄ oia ppter hoīem ppsita. tam mala q̄ etiam bona.

Cur deus fecerit hominē

Seqtur ut ostendam. cur fecerit hoīem ipm deus. sicut mundū ppter hoīem machinatus est: ita ipm ppter se tanq̄ diuini tēpli ārīstitem: spectatorem operū rerūq; cęlestiū. Solus est ei qui sentiens capaxq; ratiois intelligere possit deū: q opa eius admirari: uirtutem: pōtatemq; perspicere. Idcirco enī consilio: mente: prudentia instructus est. Ideo solus pter cęteras aiantes rectus corpore ac statu factus est: ut ad contēplationē parentis sui excitatus eē uideat. Ideo sermonē solus accepit ac linguā cogitationis interpretem. ut enarrare maiestatē dni sui possit. Postremo idcirco ei cuncta subiecta sūt. ut factori atq; artifici deo eēt ipe subiectus. Si ergo deus hoīes

suum uoluit esse cultorem: ideoq; illi tantũ bonoris attribuit: ut rerũ oĩum dominaretur. utiq; iustissimũ esse deũ uidelicet eũ: q tanta prestiterit amare hoĩem: qui sit nobiscũ diuini iuris societate coniũctus. Nec enĩ fas ẽ cultorẽ dei a dei cultore uiolari. Vnde intelligitur religionis ac iustitiẽ cã esse hoĩem figuratum. cuius rei testis est Mar. Tul. in libris de legibus ita dicens. Sed oĩm quẽ ĩ doctoꝝ hoĩm disputatiõe uersantur: nihil est pfecto prestabilius: q̃ plane intelligi nos ad iustitiã eẽ natos. Quod si est uerissimũ: deus ergo uult oẽs hoĩes eẽ iustos. id est deũ & hoĩem caros hãre. deũ scilicet honorare tanq̃ patrem: hoĩem diligere uel ut frem. In his ei duobus tota iustitia consistit. Qui ergo aut deũ nõ agnoscit: aut hõi nocet: iniuste & contra naturã suam uiuit. et hoc modo irrumpit institutum legemq; diuinam.

Vnde ad homine peccata puenant

Hic fortasse querat aliqs: unde ad hoĩem peccata puenerint. aut quẽ prauitas diuini instituti regulam ad peiora deторserit. ut cũ sit ad iustitiam genitus: opa tũ efficiat iniusta. Iam superius explanaui simul deũ proposuisse bonũ ac malũ: et bonũ qdem diligere: pugnas odisse. sed ideo malũ pmisisse: ut & bonũ emicaret. quod alterũ sine altero sicut sepe docui intelligimus constare nõ posse. Deniq; ipm mundum ex duobus elementis repugnãtibus: et iuicem copulatis eẽ concretũ: igneo et hũido. nec potuisse lucem fieri: nisi & tenebre fuissent. qa nec supum põt esse sũ infero. nec oriẽs sine occidente. nec calidum sine frigido. nec molle sine duro. Sic & nos ex duobus eq; repugnãtibus cõpacti sumus: aĩa et corpore. quoꝝ alterũ celo ascribitur: qa tenue ẽ et intractabile. alterũ terre: qa cõprehẽsibile est. Alterũ solidũ & eternũ est. alterũ fragile atq; mortale. Ergo alteri bonũ adheret: alteri malũ. Alteri lux: uita: iustitia. alteri tenebre: mors: iniustitia. Hinc exuit in hõibus naturẽ suẽ deprauatio: ut eẽt necesse constituí legem: qua possent & uitia phiberi: et uirtutis officia imperari. Cum igitur sint in rebus hũanis bona et mala: quoꝝ rõnem declaraui: necesse est ad utrãq; partem moueri deũ. et ad grãm: cũ iusta fieri uidet. et ad irã: cũ cernit iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus ac dicit. Si ẽ ĩ deo letitiẽ affectus ad grãm: et odii ad irã: necesse ẽ hẽat et timorẽ: et libidinẽ: et cupiditatẽ: ceterosq; affectus qui sũt imbecillitatis hũanẽ. Non est necesse ut timeat q irascatur. aut mereat qui gaudet. Deniq; iracũdi minus timidi sũt. et natura leti minus merent. Quid opus est de hũanis affectibus dicere. quibus fragilitas nr̃a succũbit? Consideremus diuinã necessitatem. nolo enĩ naturã dicere: quia deus nunq̃ creditur natus. Timoris affectus habet in hoĩe materiã. in deo non habet.

Homo quia multis casibus periculisq; subiectus est: metuit ne qua uis maior existat: quę illum uerberet: spoliet: laceret: affligat: interimat. Deus aūt in quē nec egestas: nec iniuria: nec dolor: nec mors cadit: timere nullo pacto pōt. qa nihil est qd ei uim possit inferre. Item libidinis rō in hoīe manifesta est. Nam q fragilis et mortalis ē affectus: necesse fuit alterū sexū: diuersūq; constitui. cuius pmixtione soboles effici posset. ad cōtinendā generis ppetuitatē. Hęc autē libido in deū locū non habet. qa & fragilitas: et interitus ab eo alienus est. nec ulla est apud eū fęia: cuius possit copulatiōe gaudere. nec successione indiget: qui semp futurus est. Eadem de inuidia et cupiditate dici possūt. quę certis mānifestisq; de causis ī hoīem cadūt: in deū nullo mō. At uero & gratia: et ira: et miseratio habent in deo materiam. rectēq; illis utitur summa illa & singularis potestas ad rerū conseruationem.

Ca. xvi.

Quę materia sit unde miserationis ore ut ire

QVerit qspiam quę sit ista materia. Primū accedentibus malis afflicti hoīes ad deū plerūq; confugiūt: mitigant: obsecrant. credentes eū posse ab his iniuriis ppulsare. Habet igr causam miserādi. nec ei tam immitis est hoīmq; cōtemptor: ut auxiliū laborantibus deneget. Item plurimi quibus persuasum est deo placere iustitiam: eūq; qui sit dns ac parens oīm uenerantur, cū precibus assiduis ac frequentibus uotis: dona & sacrificia offerūt: nomē eius laudibus psequunt. iustis ac bonis opibus demereri eū laborātes. Ergo est ppter quod deus & possit et debeat gratificari. Nam si nihil ē tam cōueniens deo: q̄ bnficētia. nihil aūt tā alienū: q̄ ut sit ingratus: necesse est ut officiis optimorū sanctęq; uiuentiū pręstet aliquid: ac uicem reddat: ne subeat ingrati culpam. quę est etiam hōi crimīnosa. Contra autē sunt alii facinorosi & nefarii. qui libidinibus oīa polluāt: cedibus uexent: fraudent: rapiant: piurent: nec consanguineis: nec parentibus parcāt. Leges et ipm etiam deū negligant. habet igr ira in deo materiam. Non est enī fas eū cum talia fieri uideat nō moueri. et insurgere ad ultionem sceleratorū. et pestiferos nocentesq; delere: ut bonis omnibus consulat. Adeo et in ipa ira inest gratificatio. Inania ergo & falsa reptitur argumēta. uel eorū qui cū irasci deū uolūt: gratificari uolūt. quia ne hoc qdem fieri sn ira pōt. uel eorū qui nullū aīmi motū esse in deo putant. Et quia sunt al: qui affectus: qui nō cadūt in deū. ut libido: timor: auaricia: meror: inuidia. oīnō prsus affectu eū uacare dicerūt. His ei uacat. quia uitiosi affectus sunt. Eos autē q sunt uirtutis: id est ira in malos: caritas in bonos: miseratio in afflictos: quoniā diuina pōtate sunt digna: propos & iustos et ueros habet. Quę pfecto nisi

habeat humana uita turbabitur. atq; ad tantã confusionẽ deueniet status rerũ: ut contemptis superatisq; legibus sola regnet audacia. ut nemo deniq; tutus esse possit: nisi qui uiribus p̃ualeat. Ita quasi cõi latrocinio terra omis depopulabit̃. Nũc uero q̃m & mali pęnã: et boni gratiam: et afflicti opem sperant. et uirtutibus locus & scelera rariora sunt. Ac ei plerũq; et scelerati feliciores sunt. et boni miseriores. et iusti ab iniustis impune uexant̃. Considerabimus postea cur ista fiant. Interim de ira explicemus. an sit aliqua i deo. utrũ nihil curet oino: nec moueatur ad ea quę impie gerũtur.

Ca xvii Qd deus administrat mundum Et regit homine actus ē.

DEus inq̃t Epicurus nihil curat: nullã igit̃ habet pōtatem. curare eni necesse est: eũ qui habet pōtatem: uel si habet & nõ utitur. quę tanta est causa: ut ei non dicã nostrũ genus: sed etiã mũdus ipe sit uilis. Ideo inq̃t incorruptus est ac beatus. quia semp qetus. Cur ergo ãministratio tantarũ rerũ cessit: si hęc a deo negantur quę uidemus rõe summa gubernari? Aut qetus esse quõ pōt. q uiuit & sentit? Nam qes aut somni res est: aut mortis. sed nec somnus habet quietẽ. Nam cũ soporati sumus: corpus qdem qescit: aius aũt irreqetus agitatur. imagines sibi quas cernat effingit: ut naturalẽ suũ motũ exerceat uarietate uisoꝝ auocatq; se falsis: dũ membra saturentur̃ ac uigorem capiant de qete. quies igr̃ sempiterna solius mortis est. Si autẽ mors deũ non attingit: deus igr̃ nunq̃ qetus est. Dei uero actio quę pōt esse nisi mũdi ãministratio? Si uero mũdi curã gerit: curat igr̃ hoim uitã deus. ac singuloꝝ actus aĩaduertit. eosq; sapientes ac bonos esse desiderat. hęc est uolũtas dei: hęc diuĩa lex: quã qui sequtur: q̃ obseruat: deo carus ē. Necesse est igr̃ ut ira moueatur aduersus eũ: qui hanc eternam diuinãq; legem: aut uiolauerit: aut spreuerit. Si nocet alicui deus iã bonus nõ est. Non exiguo fallũtur errore: qui censuram siue humanam siue diuinam acerbitatis noie infamant. putantes nocẽtem diei oportere: qiu nocentes afficit pęna. Quod si est: nocẽtes igr̃ leges hẽmus. quę peccãtibus supplicia sanxerũt: nocẽtes iudices q scelere cõuictos pęna capitis afficiũt. Quod si & lex iusta est. quę et nocenti tribuit: qd merer̃. et iudex integer ac bonus dicit̃: cũ malefacta uindicat. bonoꝝ ei salutem custodit qui malos punit: ergo et deus cũ malis obest nocens nõ est. Ipe est aũt nocens: qui aut innocenti nocet: aut nocenti pareit. ut pluribus noceat. Libet querere ab his q deũ faciunt immobilem. Si quis hẽat rem: domũ: familiam: seruiq; eius contempnentes patientiam dñi omnia eius muaserint: ipi bonis eius fruant̃: ipos familia eius honoret. dñs autẽ contẽpnatur: ab omibus derideat̃: relinq̃tur: utrũ ne sapiens esse

possit: q contumelias non uindicet: suisq; rebus eos perfrui paciatur ī quos bēat pōtatem. Quę tanta ín quoq; potest pacientia repperiri: si tñ pacientia noianda est: et nō stupor qdem ínsensibilis. Sed facile est ferre contemptū. Quid si fiant illa quę a Cicerone dicūtur. Etei quero si qs pīfamilias liberis suis a seruo ínterfectis: uxore occisa: íncensa domo: supplicīū de seruo nūq; acerrimū sumpserit. utrū is demens: an misericors: an ínhūanus & crudelissimus esse uideatr. Quod si eusmodi facinoribus ignoscere crudelitatis ē potius q; pietatis. nō est ergo uírtuus ín deo ad ea quę ínuste fiūt nō commoueri. Nam mūdus tanq; dei domus est: et homínes tanq; serui. quibus si ludibrio sit nomen eius: qualis aut quanta pacientia est: ut honoribus suis cedat. praua & ínqua fieri uideat et nō índigneē. quod ppríū & naturale est: ei cui peccata nō placeant. Irasci ergo rōmis est: auferūtur liceēte. quod utiq; íuste sapienterq; fit. Sed stoici nō uiderūt esse discrimē recti & prauí: esse iram íustā & ínustā. et qa medelam rei nō ínueniebant: uoluerūt eam penitus excidere. Peripatetici uero nō excidendā: sed tēperādā eē dixerūt. qbus ín sexto libro ínstitutionū satis respōdimus. Nesciisse aūt philosophos quę rō esset irę apparet: ex diffinitiōibus eoy. quas Seneca enumerauit ín libris quos de ira eōposuit. Ira est ínqt cupiditas ulciscendę ínurię. Alii ut ait Possidonius cupiditas puniendi eius a quo te ínique putes lesū. Quidā ita diffinierūt. Ira est ínciitatio animi ad nocendū ei q aut nocuit: aut nocere uoluit. Aristotelis diffinitio nō multū a nr̄a abest. Ait ei irā eē cupiditatē doloris r̄spōdendi. Hęc est ira de qua supius diximus. quę etiā muris ínest. In hoie uero cohibēda est: ne ad aliqd maximū psiliat furorem. hęc ī deo esse nō pōt: qa illesibilis est. ín hoie autē quia fragilis est: ínuēitur. Inurit ei lesio dolorē. et dolor facit ultioīs cupiditatē. Vbi est ergo illa ira aduersus delínquētes. quę utiq; nō est cupiditas ultioīs: quia nō pcedit ínuria. Non dico de his qui aduersus leges peccant: qbus & si íudex sine crimíne irasci pōt: fingamus tñ eū sedato aīo esse debere: eū subicit pęne nocētem. qa legū sit mínister nō animi aut pōtatis suę. Sic ei uolūt qui iram conanr̄ euellere. Sed de his potissimū dico qui sunt nr̄ę pōtatis: ut serui: liberi: et cōiuges et discipuli: quos cū delínquere uidemus: ínciitamur ad cohercendū. Necesse ē eni o mi bono ac íusto displicere quę praua sūt: et cui malū displicet: moueē eū id fieri uidet. Ergo surgimus ad uindictam. non quia lesi sumus: sed ut disciplína seruer: mores corrigantur. licentia comprimatr. Hęc est ira íusta. quę sicut ín hoie necessaria est ad pranitatis correctionem: sic utiq; ín deo a quo ad hoiem pueīt exēplum. Nā sicuti nos pōtati nr̄ę subiectos cohercere

debemus: ita etiam peccata uniuersor deus cohercere debet. quod ut faciat irascatur necesse est: quia naturale est bono ad alterius peccatū moueri & incitari. Ergo diffinire debuerūt. Ira ē motus animi ad cohercenda peccata insurgentis. Nam diffinitio Ciceronis. Ira est libido ulciscindi: nō multū a superioribus distat. Iram aūt quā possumus: uel furorē uel iracūdiā noīare: hęc nō in boīe qdem debet eē quę tota uiciosa est. Ira uero quę ad correctionem uitior pertinet: nec hōi adimi debet nec deo pōt: qa & utilis ē rebus hūanis et necessaria.

Ca xviii

Quod sine ira peccata non corriguntur

